[illegible]uato Iohānis
[illegible] epi. Determinatio
[illegible]entiam sup q̄ plurimis
[illegible]ionib' ecclie.

30

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# DETERMINATIO Facultatis Theologiæ in Schola Pariſienſi ſuper q̃ plurimis Aſſertionibus D. Eraſmi Roterodami.




Sub Prelo Aſcenſiano.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

DEcanus & facultas Theologię Scholę Pariſienſis omni
bus fidelibus in Chriſto Salutem. Cum a nobis anno
domini milleſimo quingenteſimo viceſimoſexto circa fi
nē Iulii, a multis & grauibꝰ viris quęreretur quid ſentiē
dum foret de quibuſdā propoſitionibus excerptis e Pa
raphraſibus Deſiderii Eraſmi in nouum teſtamentum,
& ſimiliter de quibuſdam aliis extractis ex quodam eiꝰ
libello dictarum propoſitionum defenſiuo, qui dicitur
Elenchus, necnon & paucis aliis in aliis illius libris re
pertis: Nos rationem reddere volentes, de ea quæ in nobis eſt, fide re diutius
atq; maturius perſpecta, & inter nos diſcuſſa, tandē non ſolum ſuper dictis pro
poſitionibus reſpondendum cenſuimus, ſed & rationes & ſcripturarum teſti
monia pro inſtituti breuitate, pauca ad cautelam ſubiicere, vbi opus viſum
eſt, curauimus: vt clare agnoſcant qui iſta lecturi ſunt, tantam eſſe vim verita
Mat. 16. tis, vt q̄uis interdum impudenti inſipientium hominum temeritate exagitetur,
nunq̄ tamen poſſit conuelli. Nam ſi aduerſus eam portę inferorum pręuale
re nequeunt, neq; certe poteſtas vlla ſuper terram pręualebit. Proinde non ſo
lent viri prudentes etiam ethnici pertinaci animoſitate ea tueri, quę leuius for
ſan aut inconſultius aſſeruere, vbi veritas ipſa, ratione reddita, manifeſte cogno
ſcitur. Cęterum in concluſione præſentis operis huiuſmodi noſtri inſtituti ra
tio pluribus explicabitur.

# INDEX ARGVMEN
torum, quæ a præfata doctorum vniuerſitate diſcuſſa fuere & definita.

De paruulis baptizatis. I. De morte Chriſti. II. De ieiunio & delectu cibo
rum. III. De iuramento. IIII. De reparatione iniuriæ. V. De matrimonio. VI.
De fide. VII De quibuſdam deſideriis ſpectantibus ad fidem. VIII. De lege ve
teri. IX. De authoribus librorum noui teſtamenti. X. De Symbolo apoſtolo
rum. XI. De traductione ſanctarum ſcripturarum in linguam vulgarem. XII.
De iis in quibus a communi vſu eccleſiæ latinæ paraphraſtes recedit in ſuis pa
raphraſibus. XIII. De quibuſdam propoſitionibus quæ poſitę videntur ex inad
uertentia vel ipſius paraphraſtę vel typographorum. XIIII. De quibuſdā pro
poſitionibus in quibus non ſatis officio paraphraſtę ſcriptor paraphraſis reſpō
det. XV. De meritis. XVI. De fiducia bonorum & meritorum. XVII. De fi
ducia corporalium ceremoniarum & ſtatutorum religionis. XVIII. De oratio
ne vocali. XIX. De celibatu ſacerdotum. XX. De peccato originali. XXI. De
pœna filiorum temporali propter peccata parentum. XXII. De pœna hęreti
corum. XXIII. De defectu vigoris euangelii. XXIIII. De ſabbato. XXV. De
eccleſia. XXVI. De beata virgine Maria. XXVII. De angelis. XXVIII. De
Petro. XXIX. De Paulo. XXX. De Dionyſio areopagita. XXXI. De theolo
gia ſcholaſtica. XXXII.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tit.I. De paruulis baptizatis.In epiſtola præpoſita paraphaſi in Matthęum Propoſitio Eraſmica.

MIhi videtur non mediocriter conducere ſi pueri baptizati quum iam ad pubertatem peruenerint,iubeantur concionibus adeſſe, in quibus illis dilucide declaretur quid in ſe contineat profeſſio baptiſmi:deinde diligenter priuatim examinentur a probis viris ſatiſne teneant ac meminerint ea quæ docuit ſacerdos.Si comperientur ſatis tenere,interrogentur,ratũne habeant quod ſuſceptores illorum nomine polliciti ſunt in baptiſmo?Si audita profeſſione,non approbent quod geſtum eſt per vicarios:omnia tentanda ſunt,nequis reſiliat a prima fide.Quod ſi non poteſt obtineri,fortaſſis expediet illum nõ cogi,ſed illum ſuo relinqui animo donec reſipiſcat:nec ad aliam interim vocari pœnam,niſi vt ab Euchariſtia ſumenda reliquiſq; ſacramentis arceatur. Cęterum nec a ſacris,nec a concionibus excludatur.

CENSVRA.

Conſilium hoc quantum ad id quod ſuadet petendum a paruulis baptizatis dũ iam ſunt adulti,ratum ne habeant quod ſuſceptores illorum nomine in baptiſmo promiſerũt,& ſi non approbent,fortaſſis expedire eos relinqui animo ſuo donec reſipiſcant:nec interim aliter puniri,niſi ꝙ non tradantur eis ſacramẽta eccleſiæ,impium eſt,& in perniciem vergit fidelium, viam aperiens abolendæ Chriſtianę religioni.

RATIO.

Si enim qui paruuli baptizati ſunt,vbi adoleuerint, interrogati negent ſe rata habere quę ſuſceptores nomine illorũ polliciti ſunt,mox & ipſi ſuæ peruerſitati adhęrentes a Chriſtianiſmo deficerent, & eorum exemplo multi alii. In dubium pręterea reuocare an baptizati paruuli vbi ad annos diſcretionis peruenerint,poſſint cogi ad tenendam fidem catholicam,apertam præfert impietatem.Nam cum fide teneatur baptizatos paruulos eſſe fideles filios dei & hæredes regni cęleſtis,fide quoq; tenendum eoſdem iam adultos eſſe de gremio eccleſiæ:ideoq; eiſdem legibus eſſe obnoxios, quibus cæteri orthodoxi aſtringuntur:haud ſecus q̃ aliarum communitatum paruuli,vbi ad pubertatis annos peruenerint,legibus ſuarum politiarum deuinciuntur:q̃uis in illas formaliter per ſe non conſenſerint. Vnde nec minus poſſunt cogi paruuli Chriſtianorum baptizati,ad fidem Chriſti ſeruandã,quàm olim paruuli Iudæorum circunciſi, ad legem Moſaicam:de quibus tamẽ nefas eſt hæſitare. Sub lege ſiquidem circunciſos vniuerſę legis faciendæ debitores pronunciat Apoſtolus : & decreuit dominus in lege veteri morte plectendos,quoſcunq; a ſemel ſuſcepta lege recedẽtes.Declararunt item nonnulli ſummi pontifices tanq̃ contra hęreticos procedi oportere,aduerſus eos qui quum paruuli eſſent,baptizati ſunt : vbi autem doli facti ſunt capaces, ad ritus ſe conuerterunt Iudęorum.

Gala.5. Deut.13 De hæreticis l 7.ca. Contra chriſtianos.

Tit.II. De morte chriſti.Luc.XXIII.

Propoſitio Eraſmi prima.

IEſus ſuam mortem nõ lugubrem,ſed glorioſam eſſe voluit.nec eam deplorari voluit,ſed adorari,vt quæ ſpõte pro ſalute totius mundi ſuſcipiebatur.

CENSVRA.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ETſi precioſa eſt mors Chriſti & glorioſa, vt quę mortē & mortis deſtruxit authorem: non continuo non eſt & ipſa lugubris, & fidelibus deflenda, pro quorum ſalute exhibita ſponte eſt. Nam quum per regium prophetam
Pſal. 68. Chriſtus conqueratur, dicens: Suſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: qui
Zacha. 12. conſolaretur, & non inueni. Et per Zachariam prędictum ſit: Dolebunt ſuper eum ſicut doleri ſolet in morte primogeniti: Piæ quoque matris animam in fi-
Luc. 2. lii paſſione doloris gladius, iuxta vaticinium Symeonis pertranſierit: planum eſt ꝙ Chriſtus ſuam paſſionem & mortem minime vetuerit defleri: ſed cum illa, peccata voluerit lugeri, propter quæ expianda moriebatur, tanquàm cau-
Eſa. 53. ſam tanti doloris: quandoquidem attritus eſt (vt ſcribit Eſaias) propter ſcelera noſtra, & liuore eius ſanati ſumus. Proinde cum hæc propoſitio catholicorum doctorum ſententiæ, vniuerſalis eccleſiæ ritui, ꝙ ſingulis quibuſqꝫ ſextis feriis, in memoriam dominicæ paſſionis, a carnibus abſtinetur: necnon & recte ſacræ ſcripturæ intelligentiæ aduerſetur, temeraria eſt, impia, & hęretica.

Secunda eiuſdem propoſitio in Elencho Annota. VII.

CHriſtus ſi ſuam mortem vulgari more lugeri voluit, cur baiulans crucem reprehendit filias Hieruſalem?

## CENSVRA.

Noluit ſe Chriſtus a filiabus Hieruſalem defleri, vt infirmum aut non potentē ſe ab illatis malis defendere: quemadmodum illę erant deflendę, ob imminens Hieroſolymitanæ ciuitatis excidium. Neque tamen eam ob rem id fieri prohibuit, quod natura ſuggerit, ratio ſuadet, ſacra eloquia comprobant. Chriſtianos videlicet Chriſti membra Chriſto capiti ſuo conformari: eidemqꝫ patienti & dolenti compati & condolere: quemadmodum ſuo generali ritu Eccleſia obſeruat. Hac autem interrogatione oppoſitum innuens hic ſcriptor, neque ſcripturam quam aſſumit intelligens, manifeſte errat.

Tit. III. De ieiunio & delectu ciborum. Eraſmi propoſitio Prima, in epiſtola prępoſita paraphraſi primę ad Corinth.

MIhi purioris Chriſtianiſmi videtur, magiſqꝫ conſentaneum euangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ, ſi nullum certum cibi genus præſcribatur, ſed admoneantur omnes, vt quiſque pro corporis habitu veſcatur quæ maximæ cōducunt bonæ valetudini: non ad luxum, ſed ad ſobrietatem: cum gratiarum actione, ac ſtudio bonæ mentis.

## CENSVRA.

Hæc propoſitio ſignificans magis conforme eſſe euangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ, omne ciborum diſcrimen a Chriſtianis auferri, vt quiſque pro ſuo arbitrio iis veſcatur quæ exiſtimat conducere ſuæ valetudini, modo ſobrie id faciat, & cum gratiarum actione, ex erroneo ſcripturę intellectu aſſerta, eccleſiaſticæ eſt diſciplinæ eneruatiua, & euangelicæ ac apoſtolicæ doctrinæ, quæ iubet ſuperioribus obedientiam prętari, aduerſatur: Eccleſię catholicæ, quæ huiuſmodi eſcarum delectum fidelibus obſeruandum religioſe & prudenter conſtituit, contumeliam irrogat. de Aerii, Iouiniani, Valdenſium & Lutheri hæreſi conſentit. Non tolerandam deniqꝫ arrogantiam eam aſſe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rentis, indicat: qui ſuam vnius ſententiam totius eccleſiæ iudicio præferre non erubeſcit.

Secunda eiuſdem de eadem re propoſitio complectens multas:
In paraphraſi octaui capitis primæ ad Corinthios.

APprobo quod dicis: Eſca non commendat nos deo. Cum enim deus vniuerſa creauerit ad vſus humanos, neq; quicq̃ a nobis exigat præter vitæ pietatem, quid illius refert piſcium an quadrupedum an volatilium carnibus veſcamur? Nihil enim horum pietati quicq̃ vel addit, vel adimit: horum delectus ſuperſtitioſum facere poteſt, pium nequaquàm: Chriſtus nullum horum diſcrimen docuit. Proinde temeritatis ſit, ſiquis homunculus conetur quenq̃ huiuſmodi conſtitutionibus onerare. Pro ſuo quiſque corporis affectu veſcatur quibus velit, modo ſobrie parceq;, ſuper omnibus gratias agens deo.

CENSVRA.

Quis, vt per verba illa, Eſca nos non commendat deo, prætendit Apoſtolus, ꝙ cibus aut potus aut eorum ſumptio, ſuapte natura bona morum non ſint aut mala, nec pios reddant nec impios: abſtinentia tamen ab illis, ad virtutes comparandas ex pręcepto eccleſiæ, aut iuxta conditionem perſonarum ex voto aut deuotione voluntarie aſſumpta, laudabilis eſt & meritoria: ac pietati deſeruit, ad illam præparans, ac magnum illi afferens ſubſidium: alioqui non toties abſtinentiam & ſobrietatem commendaret ſcriptura: nec deum alloquens concineret eccleſia: Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia. Quapropter dogma iſtud ſic indiſtincte poſitum, & ex ſcripturis perperam intellectis aſſertum, a pietate retrahit, atq; errori ſuffragatur, præfatorum hæreticorum Aerii & Iouiniani, ante annos mille damnato: & rurſus poſtea in Valdenſibus, Vvitclefo & Luthero reprobato. Nec tam explicat ſcriptor literam Apoſtoli, q̃ ad hæreticum ſenſum eam contorquet: præſertim habita ratione pręcedentis propoſitionis, ſcilicet, Mihi purioris Chriſtianiſmi videtur &c. quæ mentem clare ſatis aperit ſcribentis. Hoc item comperto ꝙ ab ipſis etiam Apoſtolis delectus ciborum inductus eſt: qui abſtinentiam a ſuffocato & ſanguine præceperunt. Eorum inſuper decreto, authoribus Ignatio, Hieronymo, & Maximino, quadrageſima inſtituta eſt. Et vbi certe per ſe Chriſtus nullum præcepiſſet diſcrimen ciborum, non recte inde eliciatur ꝙ temeritatis ſit ad vtilitatem fidelium ſuper huiuſmodi rebus leges ab eccleſia conſtitui. Quin potius magnæ eſt temeritatis, vſq; adeo procaciter eccleſiæ inſtituta conuellere eniti.

Propoſitio eiuſdem tertia. Ex libro De interdicto eſu carnium.

VNde offendiculum ex iis rebus quarum vſum non interdicit euangeliũ: immo quarum interdictores damnant apoſtolicæ literæ, prohibentes (inquit) cibos quos deus creauit ad veſcendum.

CENSVRA.

Hæc propoſitio innuens præceptum de ieiunio & delectu ciborum certis diebus eccleſiam contra doctrinam apoſtolicam inſtituiſſe, diabolica ſuggeſtione aſſerta, hæretica eſt, & eccleſiæ catholicæ iniuria, ac inſanam libertatem cum præfatis hæreticis inducere molitur. Nec intentioni Apo-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtoli conſentanea eſt:qui illos ſolum in loco aſſumpto dãnãt, qui creaturas natura malas eſſe aſſerebant : non autem eos,qui ex inſtituto eccleſię,aut ob ſatiſfactionem,aut virtutem,a certis cibis ſtatutis temporibus abſtinent.

Quarta propoſitio Eiuſdem. Marc.2.

TRiſtia ſunt ieiunia quę præſcribit lex,& ob hoc ingrata deo qui diligit hilarem datorem. CENSVRA.

Hęc propoſitio falſo aſſerens triſtia eſſe ieiunia,& quaſi ſeruili affectu ſemper fieri,quæ ex præcepto fiunt, cum ſepe libera exerceantur charitate,erronea eſt, & difformiter ad ſanctam ſcripturam aſſeritur:quę obedientiã præceptis ſuperiorum exhibitam maxime deo gratam eſſe demonſtrat. Ordini quoque iuris naturalis aduerſatur:quo indictum eſt vt inferiores ſuperiorum legibus dirigantur. Q̃ ſi contingat talia ieiunia ſeruari vt vitetur pœna quæ incurreretur tranſgrediendo præceptum,non propterea ſemper ſint deo ingrata : nec inde rationem perdunt meriti.

Tit.IIII.de iuramento.

Propoſitio Eraſmi prima Matth.V.

LEx euangelica,quo tutiores ſint homines a periurio prorſus damnat omne iuſiurandum vt iam fas non ſit iurare.

Propoſitio ſecunda Eiuſdem Matth.V.

Chriſtus in totum vetat iurar e. CENSVRA.

Chriſtum & apoſtolos vſos fuiſſe iuramento manifeſtũ eſt:quod non feciſſent ſi lege euangelica omne iuramentum eſſet illicitum. Ordo etiam iuris,frequenter iuramentum expoſcit,dicente apoſtolo,Q̃ omnis controuer-
Heb.7. ſiæ finis eſt iuramentum. Quamobrem vtraꝗ harum propoſitionum legi euãgelicæ & eius latori Chriſto iniuria, & a ſana ſcripturę intelligentia aliena,de damnata Catharorum, Valdenſium,& eorum qui ſe iactitant de ordine apoſtolorum,doctrina deſumitur.

Propoſitio Eiuſdem de eodem Tertia.Luc.XXIIII.

CHriſtus prohibet iurare,quod non prohibuerat lex prior. CENSVRA.

Cum eadem ſint moralia pręcepta in vtraꝗ lege per euãgelium a Chriſto confirmata,erroneum eſt dicere,iuramentum in lege noua ſimpliciter eſſe prohibitum,cum in lege veteri licuerit.

Propoſitio Eiuſdem quarta Matth.V.

NOn minus eſt Chriſtianus ſimplici verbo obſtrictus,q̃ Iudæus per omnia ſacra deierans. CENSVRA.

Hæc propoſitio erronea eſt,& honori dei derogat:cuius authoritas interponitur per iuramentum:ratione cuius nouum vinculum obligatorium inducitur.

Propoſitio Eiuſdem de eodem Quinta.Matth.V.

NOn opus eſt in contractibus admiſcere iuſiurandum,execrationes,aut ſimile:quod & promittentem obſtringatmetu ,& ſtipulanti faciat fidem.

CENSVRA.

Hæc propoſitio prætendens non eſſe conueniens,vtile aut neceſſarium,adhibere iuramentum ad confirmandos humanos contractus,vniuerſaliter intellecta,falſa eſt,ad errorẽ Vvicleſi accedens.Quandoque enim vtile eſt,quandoꝗ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neceſſarium hominum commercia iuramento roborari:iuxta rei ſuper qua eſt contractus,magnitudinem,& perſonarum contrahentium ſeu politiarum vtilitatem inde prouenientem,vt videre eſt in principum fœderibus.

Tit.V.De reparatione iniuriæ.

Propoſitio Eraſmi Luc.XXII.

NIſi Chriſtus humanum affectum,quo ipſum apoſtoli diligebant euidẽter caſtigaſſet,exiſtimaſſemus nobis licere aduerſus impiorum violentiam armis nos defendere,ac vim vi repellere. Nunc autẽ cũ Petrus reprehẽſus ſit ꝙ aduerſus impios & ſceleratos ꝓ innocentiſſimo domino ſtrinxerit ferrũ,quę poterit eſſe poſt hac cauſa,vt homo chriſtianus iniuriam iniuria repellat? CENSVRA.

Q̃q̃ inter Chriſtianos,quantũ fieri poteſt,fugienda ſint bella & lites:hæc tamen propoſitio,vt iacet,innuens nunq̃ licitũ eſſe bellum aduerſus impiorũ violentiam,quaſi nunq̃ iuris ordine ſeruato,ſe defendendo iuſta ſit belli cauſa,eneruat omnem politiã:& a lege naturali & a diuina diſcrepat:alioqui enim nõ cõmemorarẽtur in libris Numerorum,Ioſue,Iudicum , Regũ,& Maccabeorum multa bella,quę ex diuina ordinatione geſta ſunt.Scriptis pręterea per Apoſtolum & alios ſanctos viros hęc propoſitio obuiat:atq; hęreſi cõſentanea eſt pauperũ de Lugduno & Lutheri. Neq; ſcriptorẽ excuſat ꝙ adiicit,quę poterit eſſe poſthac cauſa,vt homo Chriſtianus iniuriã iniuria repellat?cũ in pręcedẽti parte clare tradat,ſimpliciter nõ licere nos armis defendere,aut vim vi propulſare: vnde manifeſte colligitur ſenſus authoris.Neq; etiã ea ratione Petrũ Chriſtus reprehẽdit,quaſi nũq̃ liceat vim vi ſeruato moderamine inculpatę tutelæ,reiicere:ſed ꝙ ipſum defendere niteretur, perinde ac ſi aliquo Chriſtus indigeret,humano ſubſidio,& mortem,iuxta patris decretum,abſq; contrapugnatione non acceptaret voluntarie.

Tit.VI.De matrimonio Prima propoſitio Eraſmi.Matth.XIX.

QVæ alteri viro ſui fecit copiam,iam vxor eſſe deſiit,& matrimonii ius ademit ſibi,diuiſa carne:quum deus vnam & indiuiſam eſſe voluit.

Secunda eiuſdem propoſitio.

Inter euangelicos vna duntaxat cauſa dirimit coniugiũ,hoc eſt violata coniugii fides.

Tertia propoſitio.Marc.X.

Vxor quæ ſui corporis copiã fecit alteri,iã etiãſi nõ repudietur,deſiit eſſe vxor: & maritus qui ſui corporis copiã fecit alienę,iã ante diuortiũ maritꝰ eſſe deſiit.

Quarta propoſitio,Mar.X.

Quemadmodũ ignis non eſt ignis niſi caleat:ita cõiugium nõ eſt coniugium, niſi ex duobus fiat vnus:ex tribus aut quatuor vna caro fieri non poteſt.

CENSVRA.

Hæ quatuor propoſitiones,quatenus per eas prætendi videtur,matrimonium per adulterium diſſolui quantum ad vinculum,hæreticæ ſunt.Eſt enim vinculum matrimonii iure diuino indiſſolubile,vt ad Corinthios ſcribens Apoſtolus 1.Cor.7 demonſtrat,quum inquit. His qui matrimonio iuncti ſunt præcipio , non ego ſed dominus , vxorem a viro non diſcedere : ꝙ ſi diſceſſerit , manere innuptam , aut viro ſuo reconciliari. Et rurſum, Mulier alligata eſt legi , quanto

tempore vir eiꝰ viuit. Et eadem omnino eſt ratio de viro, ſicut de muliere: quia eiuſdem beati Pauli ſententia, Sicut mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir: ita & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Tanta præterea eſt indiſſolubilitas matrimonii, vt nec per hæreſim (quæ fornicatio eſt ſpiritualis) diſſoluatur.

Tit. VII. De fide, Propoſitio. I. eiuſdem. Iacob. II.

Fides quę friget abſq; charitate, nec ſe profert vbi res poſtulat, nec fides quidem eſt: tantum eſt inane fidei nomen.

Propoſitio eiuſdem Secunda. Iacob. II.

Fides & charitas natura coniunctiſſima ſunt, & alterū ab altero diuelli non poteſt. Et paulo poſt, Charitas fidei comes eſt indiuidua.

Propoſitio eiuſdem Tertia. in Elencho.

Certum eſt vtranq; alteri indiuiduam eſſe comitem. CENSVRA.

Hę tres propoſitiones ſunt hęreticæ, & ſententiæ apoſtolorum Pauli & Iacobi
contrarię. Paulus nanque fidem ſine charitate poſſe eſſe oſtendit, quum in-
Corit. 1. quit: Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem
Iaco. 2. non habuero, nihil ſum. Iacobus etiam in eo capite in quo dicit, fidem ſi-
ne operibus mortuam eſſe, appellat fidem ſimpliciter illam quę eſt ſine operi-
bus dicens: Quid proderit fratres, ſiquis dicat ſe fidem habere, opera autem nō
habeat? nunquid poterit fides ſaluare eum? Vnde patet ꝙ fides abſq; charitate
aut bonis operibus fides appellanda eſt.

Propoſitio. IIII. Eraſmi. Ioan. 3.

Sola fides purificat corda, redditq; idonea quibus credantur cæleſtis philoſophię arcana.

Propoſitio eiuſdem quinta. Ioan. VIII.

Sola credulitas via eſt ad immortalitatem.

Propoſitio eiuſdem ſexta. Luc. xxiiii.

Quid exigit Chriſtus a ſuis niſi fidem? CENSVRA.

Tameſi requiritur fides ad aſſequendam beatā immortalitatem, & ad cordium purificationem, vt docent ſacrę literę: non tamen eam ſolam ad hoc requiri aſtruunt, ſed potius oppoſitum. Vnde ait Iacobus apoſtolus. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. Et Paulus. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Quare propoſitiones cum huiuſmodi excluſione poſitæ ſcripturis non conſonant, quæ vbiq; bona opera prędicant. Et offendiculum eædem propoſitiones aptæ ſunt præſtare puſillis: quaſi videlicet non ſint fidelibus neceſſaria bona opera, ſed ſola fides ſufficiat ad ſalutem.

Tit. VIII. De quibuſdam deſideriis ad fidem ſpectantibus.

Propoſitio Eraſmi Prima. In epiſtola præpoſita primę Corinth.

Vtinam illud ſaltem aperuiſſet Paulus, a quibus, quo tempore, quo cultu, quo actu, quibꝰ verbis cōſecrari ſoleat panis ille myſticus, & ſacroſanctū dn̄ici ſanguinis poculū. CENSVRA.

Curioſum eſt hoc deſiderium & futile atq; impiū ſi ex exiſtimatione procedat, qua credantur minoris authoritatis eſſe mul

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ta a Chriſto per Apoſtolos nobis voce tenus tradita,ꝗ ſint ea quæ in ſcriptura ſunt expreſſa,Sufficienter enim ſunt per ſcripturā ſacram determinata quę pro ſalute fidelium expediuit per eam determinari.Nec,authoribus Dionyſio,Baſilio,& Auguſtino,in minori habenda ſunt authoritate,quæ a Chriſto ex apoſtolorum traditione ad nos vſque peruenere, de ſacramentis & aliis multis,ꝗ quæ ſcripturis ſanctis definiuntur. Docet enim Apoſtolus tenendas eſſe inſtitutiones apoſtolicas:non ſolum quæ ſcripturis exarantur,ſed etiam quæ nudo ſermone ab apoſtolis traditæ ſunt.Reliqua vero commodius & decentius relicta ſunt diſpoſitioni eccleſię,vt de illis definiat & determinet, prout tantorum ſacramētorū dignitas,& ipſius eccleſiæ profectus expoſcit.

Secunda eiuſdem propoſitio.In epiſtola prępoſita primę ad Corinth.

VTinam Paulus aliquanto plus lucis nobis aperuiſſet,qualiter extent animæ ſemotæ a corpore,& vbinam extent:an fruantur immortalitatis gloria,an impiorum animæ iā nūc crucientur,an eis ſubueniant noſtrę preces aut alia beneficia:an indulgentia ſummi pontificis ſubito liberentur a pœnis. ꝙ video multos ſuper hiſce reb⁹ ambigere,aut certe diſputare:quod ſuperuacuū erat ſi Paulus aperte definiuiſſet.

CENSVRA.

Superuacaneū eſt hoc deſiderium,& periculoſum. Multis ſiquidem occaſionē afferre poteſt ſcandali,tanꝗ quę illic ponūtur,ſufficienti ſcripturarū teſtimonio non ſuffulciantur:cum tamen illa omnia ſatis ſint per ſacra eloquia definita, excepta vltima particula de indulgentiis. Nam ꝙ animę iuſtorum poſt hanc vitam cum deo regnent beatæ,monſtrat Chriſtus dicens in die mortis ſuæ bono latrōi,Hodie mecum eris in paradiſo. Et Paulus,mori lucrum exiſtimans, Luc.13. hincq; cupiens diſſolui & eſſe cum Chriſto. Inſuper cum angeli hominum cu- Philip.1. ſtodes ſemper videant faciem patris qui in cælis eſt,ante diem iudicii: eadem ratione vident & animæ piorum,chirographo peccati iampridem Chriſti morte ſublato.Docet ſimiliter ſcriptura animas impiorum ſuppliciis inferni deputari,cum per beatum Iob dicitur:Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad inferna deſcendūt. Et per beatum Iudam Thaddeæum de iis qui ſectati ſunt perverſa deſideria,ſcribitur,ꝙ ſint ignis ęterni pœna ſuſtinentes.De diuite itē epulone ſcribit ſanctus Lucas,ꝙ mortuus ſepultus eſt in inferuo. At vero qui ex hac luce cum dei amicitia migrarunt,nondum plene a ſcoria peccati expiati,viuorum iuuantur ſuffragiis: id quod in euangelio Chriſtus demonſtrat,dum ſuadens vt viuentes,amicos ſibi comparent de mammona iniquitatis,qui eos, vbi defecerint,in æterna tabernacula recipiant. Huc accedit ꝙ illi membra ſunt corporis Chriſti,quare aliorum membrorū eiuſdem corporis ſubſidio par eſt ſubleuari.Nā hoc natura inſitū eſt,vt vbi vnū mēbrū patitur,reliqua mēbra compatiantur. Regius quoq; propheta idem inſinuans in eorum perſona qui deo ſunt accepti,ait:Particeps ego ſum omnium timentium te,& cuſtodientiū mandata tua.Patet itaq; ꝙ viuentium preces atq; alia benefacta,magnopere illis ſuccurrunt.Neq; tamen propterea aſſerendum eſt ꝙ ſemper per indulgentias ſubito a pœnis liberentur.Nec hoc in ſuis bullis pōtifices prætendunt aut ex vi huiuſmodi bullarum pontificiarum ſane intellectarum,id habetur. Nam cum non in deſtructionem,ſed in ędificationem data ſit poteſtas eccleſiæ, non

Iob.2. In canonica Iudę.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pro quauis cauſa, omnes quarūcunqꝫ pœnarum debitores, per huiuſmodi indulgentias protinus a debito pœnarum eripiuntur, etiam ſi ſint in charitate. Vnde nulli mortalium certum eſt, quantum per quaſuis indulgentias deo ſatiſfiat pro pœnis quæ peccatis debentur. Neqꝫ tamen ſi certus indulgentiarum valor fidelibus ignoratur, eam ob rem contemnendæ ſunt indulgentiæ: quas probauerunt ſacra concilia, ſummi pontifices, atque vniuerſalis eccleſiæ conſuetudo & vſus: ideoque prodeſſe illas haud dubię, tenendum eſt. Quandoquidem per ipſas vberes virtutū fructus, & magna ſatiſfactionis emoluméta chriſtianis proueniunt. Quare hæc propoſitio exemplum noxiis dubiis in fide vacillantiū inepte proponens, offendiculum præbet indoctis & infirmis, dubitandi circa ea quæ certa fide tenenda ſunt: in quibus non ſolum ſuperfluum eſt dubitare, & dubitando diſputare, ſed etiam illicitum. Qꝫ ſiqui ſuper his dubitant, non nouis ſcripturis veniunt inſtruendi, ſed legitimis ſuppliciis debet vſque adeo impia temeritas coerceri. Diſputare nihilominus de his citra hæſitationē ad maiorem elucidationem veritatis, ſi modo per eos fiat talis diſputatio, quibus ex officio incumbit, non eſt temerarium aut illicitum: quin potius pium & expe-
1.Pet.3. diens: vt parati ſint, iuxta ſcripturam tanq̄ paſtores & doctores rationem red-
Ad Titum.1. dere de ea quæ in eis eſt, fide & ſpe: & eos qui contradicant, arguere.

### Tit. IX. De lege veteri.

Propoſitio Eraſmi Prima. Marc. I.

CVm lex terrorē incuteret potius q̄ amorem, quid ſupererat, niſi poſtea q̄ per legem didicerant homines ſe peccatis obnoxios, nec potuiſſe ab his temperare: ſimulqꝫ ſcirent dei ſeueri vindicis iudicium neminem poſſe effugere, niſi vt trepidarent, horrerent, ac deſperarent? Quis autem amare poteſt, quem horret?

### CENSVRA.

Hæc propoſitio innuens homines veteris legis non potuiſſe vitare peccata, & magis induci per legis cognitionem, ad deſperationem q̄ ad amorem, eſt iniuria legi & legiſlatori deo. Tradidit enim dominus legem non per quam perirent homines, ſed iuſtificarētur. Iuxta illud Apoſtoli, Lex quidem ſancta, & mādatum iuſtum. Et illud Leuitici, Cuſtodite leges meas atqꝫ iudicia, quæ faciēs homo viuet in eis. Neqꝫ enim deus hominem ad impoſſibile obligauit per legem Moſaicam, cum non poſſit eſſe iniuſtus.
Rom.7
Leui.18.

Propoſitio eiuſdem Secunda. Marc. I.

LEx Moyſi ſuis vmbris, victimis ac terroribus fecit hypocritas.

### CENSVRA.

Hæc propoſitio rurſus legi Moſaicæ contumelioſa eſt, & ipſi deo, qui huiuſmodi vmbram, victimas & ceremonias legis inſtituit: quæ ex ſua inſtitutiōe ad bonum inducebant, & veritatem figurabant nouę legis.

Propoſitio eiuſdem Tertia. Rom. VI.

LEx cupiditates iritabat potius q̄ coercebat.

### CENSVRA.

Hic non conuenienter vſus eſt ſcriptor officio paraphraſtę. Quandoquidem lex dę ſe potius coercebat cupiditates quàm iritabat. Non enim eſt

data lex a deo ad incitandum homines in peccata,ſed ad cohibendum ab illis: alioqui non eſſet ſancta neq; iuſta.

Quarta eiuſdem propoſitio. Matth. V.

PRęceptum illud habetur in lege pręcipuum, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. CENSVRA.

Hac propoſitióe pręceptum haberi in lege de odio inimici, falſo aſſeritur, cum nullum tale pręceptum in lege habeatur. Vnde cum regula dilectionis amici & inimici ad mores pertineat, quod autem ad mores ſpectat, inuariatum maneat in vtraq; lege: conſtat ſcriptorem hunc non recte aſſignaſſe in hoc, diſcrimen legis nouæ a veteri.

Quinta Eiuſdem propoſitio. Matth. XIX.

ADoleſcens audierat Chriſtum docentem pręcepta legis Moſaicæ non eſſe ſatis ad conſequendum regnum cęlorum. CENSVRA.

Hæc propoſitio temere aſſeritur, & in eo quod prætendit pręcepta legis veteris includentis præcepta decalogi non tunc ſuffeciſſe ad conſequendum regnũ cælorum, ſiue ad merendam vitam æternam, dictis Chriſti repugnat, dicentis:
Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Rurſumq; legiſperito recenſenti vtrũ- Mat. 19.
que de dilectione legis mandatum, reſpondit: Hoc fac & viues. Luc. 10.

Sexta Eiuſdem propoſitio. I. Timoth. I.

SYncera Charitas ſi adſit, quid opus eſt legis præſcriptis? CENSVRA.

Hæc propoſitio quatenus prætendere videtur, viatoribus habẽtibus charitatem non eſſe neceſſaria aut vtilia pręcepta, ex erroneo intellectu illius loci
ſcripturæ, Iuſto non eſt lex poſita, deſumpta, accedit ad errorem Beguardorũ. Timo. 1.
Neq; certe per verba illa Apoſtolus neceſſitatem ſecludit pręceptorũ, ſed excellentiã indicat perfectorum: qui non timore pœnę, ſed virtutis amore bene operantur.

Septima propoſitio Eiuſdem. Galat. 4.

VErboſiſſima lex eſt. Octaua Eiuſdem propoſitio. Ibidem.

Iudęi pro tempore craſſa religione vel ſuperſtitione magis cohibebãtur.

CENSVRA.

IRreuerenter in his duabus propoſitionibus paraphraſtes loquitur de lege a
deo inſtituta, modo vocans eam verboſiſſimam, modo craſſam religionẽ vel Eccle. 1.
ſuperſtitionem: cum tamen teſte ſcriptura, ipſa eſſet ante Chriſti aduentum ſa- Prouer.
pientia Iudæorum coram omnibus populis. Et ſapiens verbum dei & legem ſa- 13.
pientis dicit eſſe fontem vitæ.

Ti. X. De Authoribus librorum noui teſtamenti.

Propoſitio Eraſmi prima. In Elencho.

NOn ſtatim dubius eſt in fide, qui de authore libri dubitat

CENSVRA.

Hæc propoſitio temerarie & erronee aſſeritur, loquendo vt ſcriptor loquitur de dubio authorum ſacrorum librorum noui teſtamenti ab Eccleſia ſub nomine talium authorũ, receptorũ. Cuiuſmodi ſunt authores quatuor librorum euangeliorum: ſeptẽ epiſtolarum canonicarũ: quatuordecĩ epiſtolarũ Pauli: Actuũ apoſtolicorũ & Apocalypſis. Nam cum Deus viros illos ſanctos, organa ſua conſtituerit in editione talium librorum honori deorum detrahit, quiſquis ab huiuſmodi libris nomina eorũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aufert, vel in dubium vertit: necnon & a frequenti abducit & fructuoſa eorundem lectione. Præterea q̄uis de authoribus aliquorum huiuſmodi librorum a nonnullis olim dubitatum ſit, nihilominus poſtq̄ Eccleſia ſub nomine taliũ authorum ſuo vſu vniuerſali illos recepit, & ſua probauit definitione, iam non fas eſt Chriſtiano de illis dubitare aut in dubium reuocare.

Tertia eiuſdem propoſitio: cuius prior pars continetur in epiſtola prepoſita paraphraſi Luc. I. ſecunda eſt in Supputationibus num. XXVI.

De epiſtolæ ad Hebræos authore ſemper eſt dubitatũ: & ipſe (vt ingenue fatear) adhuc dubito.

CENSVRA.

Hæ duæ propoſitiones arroganter & ſchiſmatice aſſeruntur, contra vſum & determinationem eccleſiæ in multis conciliis, Niceno, Laudicenſi, Carthaginenſi tertio, cui adfuit Auguſtinus, & in cõcilio ſeptuaginta epiſcoporum præſide Gelaſio. Hoc inſuper liquet, quia author huius epiſtolæ dicit illam ſe miſiſſe per Timotheum fratrem ſuum: cuius legatione in quibuſdam aliis epiſtolis ſolebat vti Paulus. Idem etiam demonſtrat beatus Petrus qui in fine ſecundæ canonicæ ad Hebræos deſtinatæ, quibus & primam miſerat, eiſdem dicit ſcripſiſſe chariſſimum fratrem ſuum Paulum. Magnus item Dionyſius quædam ex hac epiſtola ad Hebręos citat tãq̄ a Paulo pręceptore ſuo deprompta. Idem ſimiliter comprobãt, Clemens primus, Innocentius primus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Gregorius Nazianzenus, Damaſcenus, Iſidorus, & alii multi catholici doctores. Nec verũ eſt, ſemper dubitatũ eſſe de authore huius epiſtolæ ad Hebræos, cum ſcribat Origenes ꝙ ante tẽpora ſua omnes antiqui & maiores eam vt Pauli apoſtoli ſuſcipiebant. Mira autem arrogantia atque pertinacia eſt huius ſcriptoris, ꝙ vbi tot catholici doctores, pontifices, concilia, declarant hanc epiſtolam eſſe Pauli, & idem vniuerſalis Eccleſiæ vſus ac conſenſus comprobat, hic ſcriptor adhuc dubitat, tanq̄ toto orbe prudentior.

Quarta eiuſdem propoſitio. In Elencho.

De ſecunda Petri diu dubitatum eſt.

CENSVRA.

Hanc epiſtolam ſub nomine beati Petri etiam iam olim eccleſia ſuo vſu recepit: & definitione Conciliorum Laudicenſis, Carthaginenſis tertii, Gelaſii papæ, necnon & decreto Innocentii magni. Præterea ex eiuſdem epiſtolæ litera patet eam a beato Petro eſſe ſcriptam. Nam illius ſcriptor Petrus apoſtolus in principio nominatur, & adfuiſſe dominicę transfigurationi aſſeritur in eadem epiſtola: ſoli autem tres ex apoſtolis (vt euangeliſtæ teſtantur) illi aſtiterunt: vnde cum nec Iacobum maiorem, nec Ioannem euangeliſtam eam ſcripſiſſe in confeſſo ſit, recte conficitur Petrum illam ſcripſiſſe. His itaq̨ perſpectis, inepte & ſine vllo fructu de eius authore dubitatum eſſe proponitur, cum modo nulli liceat hæſitare quin illa beati ſit Petri.

Quinta eiuſdem propoſitio, quæ eſt in Elencho.

De Apocalypſi diu dubitatum eſt, non dico ab hæreticis, ſed ab orthodoxis viris, qui ſcriptum tamen vt a ſpiritu ſancto profectum amplectebantur de ſcriptoris nomine incerti.

CENSVRA.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Liber apocalypſis aperte cognoſcitur a beato Ioanne apoſtolo & euangeliſta editus,tum ex Eccleſię vſu,tum ex eiuſdem definitione,in conciliis, Carthaginenſi tertio,atq; beati Gelaſii,paritercq; in quarta ſynodo Toletana.In qua dicitur,Apocalypſis librum multorum conciliorum authoritas, & ſynodica ſanctorum pręſulum Romanorum decreta,Ioannis euangeliſtæ eſſe pręſcribunt, & inter diuinos libros recipiendum conſtituerunt. Cui quidem ſynodo inſigni doctrina pręfulgens interfuit Iſidorus pręſul Hiſpalenſis. Præterea ex eiuſdem libri contextu oſtẽditur beatus Ioannes illius author:nam in illa ſcriptor eſſe dicitur Ioannes qui perhibuit teſtimonium verbo dei:quicq; ea de cauſa in Pathmon inſulam relegatus eſt:quæ profecto de alio a Ioanne apoſtolo & euãgeliſta nequeunt intelligi. Idem rurſus conteſtantur,ſacerrimus pater Dionyſius Areopagita,beati Pauli diſcipulus,Innocentius primus, Hereneus, Iuſtinus,Damaſcenus,aliiq; catholici doctores & ſancti viri:inter quos ſplendidum eccleſię iubar Auguſtinus hoc manifeſte indicat:qui alogios ſiue alogos inter hereticos ab Eccleſia damnatos communerat,eo ꝙ Ioãnem Apoſtolum & euãgeliſtam negent euangelium ſcripſiſſe & apocalypſim.Quapropter eodẽ modo lapſus eſt hic ſcriptor in iſta propoſitione,vt in pręcedentibus propoſitionibus præmiſſum dubium proponendo puſillis præbens offendiculum,omiſſa explicatione determinationis Eccleſiæ ſacorum Conciliorum & ſanctorum patrum.

Tit.XI.De Symbolo Apoſtolorum.In pręfatione in Matthęum.
Propoſitio Eraſmi.

SYmbolum an ab apoſtolis proditum ſit,neſcio.

CENSVRA.

Cum Symbolum quod Apoſtolorum dicitur,ab apoſtolis editum eſſe & prouulgatum ſit fide tenendũ,teneant quocq; catholici doctores,Clemẽs huius nominis primus in epiſtola ad Iacobum fratrẽ domini:Auguſtinus ſerm.2.dominica in ramiſpalmarum,& in vigilia pentecoſtes.Ambroſius item & Leo primus atq; alii vniformiter vnũquencq; apoſtolorum quod ſenſit dixiſſe,dum illud conderent,hæc neſcientia impietati deſeruiens,ſcandaloſe proponitur.

Tit.XII. De traductione ſanctarum ſcripturarum in linguam vulgarem:Propoſitio Eraſmi prima in præfatione eiuſdem in Matthęum.

SAcras literas cupiam in omnes verti linguas. CENSVRA.

Quis in quãcunq; linguã vertantur ſaræ literæ ſuapte natura ſanctę ſint & bonæ,quanti tamen ſit periculi permittere paſſim lectionem earum in linguam vulgarem traductarum,abſq; vlla explicatione idiotis & ſimplicibus eis abutentibus,nec eas pie & humiliter legentibus,quales plurimi nunc reperiuntur,ſatis indicarunt Valdenſes,Albigenſes ac Turelupini: qui inde occaſione ſumpta,multos errores diſſeminauerunt. Quare hac tempeſtate,perſpecta hominum malitia,periculoſa ac pernicioſa exiſtit huiuſmodi traductio:loquendo de omnibus ſcripturæ libris indifferenter.Nec ſicubi paucis eſſet vtilis,propterea temere eſſet,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnibus permittenda. In re nanque ad ſalutem non neceſſaria potius conſulendum eſt multorum profectui ipſam interdicendo, quàm paucorum vtilitati eã permittendo, cum graui multitudinis incommodo: vnde & iure damnata eſt huiuſmodi tranſlatio.

Propoſitio eiuſdem Secunda. In præfatione in Matthæum.

EXclamant indignum facinus, ſi mulier vel coriarius loquatur de ſacris literis.

CENSVRA.

Recte perpenſa multorum huius temporis impudenti temeritate, indignum facinus exiſtimandum eſt, ꝙ idiotæ & ſimplices ſuo iudicio ſacras literas legant, in ſuam linguam conuerſas: & de illis diſſerant, aut diſceptantes de earum difficultatibus tractent. Nec tamen prohibetur per hoc eis conferre inter ſe de iis quæ in concionibus publicis audiuerunt, ad morum correctionem, & ad compunctionis & deuotionis excitationem: vt magis ac magis in ipſis charitas accreſcat, humilitas ſolidetur, atq; opera carnis mortificentur.

Propoſitio eiuſdem tertia. In præfatione in Matthæum.

ME authore ſacros libros leget agricola, leget faber, leget latomus.

CENSVRA.

1.Cor.3. Teſtantur ſacra eloquia ſimplices eſſe tanq̃ paruulos, quibus authore Paulo

Ad Hebr.5. lacte opus ſit. Non enim ſolidã adhuc eſcam ferre ac digerere poſſunt. Perfectorum ſiquidem ſolidus eſt cibus, eorum qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali. Quapropter non eſt medium aptum huiuſmodi ſimplicibus ꝙ indiſcriminatim quoſuis ſacros libros legant in linguam vernaculam tranſlatos: ſed conuenientiſſimum eis medium Eccleſia conſtituit, auditionem verbi dei, & frequentationem prædicationum eius. Neq; eis obiter interdicit vſum quorundam ſacrorum librorum, qui cum explicatione conuenienti ædificationi morum ſint accommodi: ſi ſic tamen tales libri ab ipſis legantur pie ac ſobrie, citra ſupercilium & arrogantiam, vt non inde contemnant prædicationes, nec a crebra verbi dei auditione retrahantur. Proinde hæc propoſitio abſq; preſcripto moderamine poſita ſui aſſertorem ſanæ doctrinæ non ſatis conſentire demonſtrat.

Propoſitio eiuſdem quarta. In eadem præfatione.

NEq; Ezechielis prophetę, neq; Cãtici canticorum aut cuiuſq̃ librorum veteris teſtamenti lectionem vlli hominum interdixero.

CENSVRA.

Cum ſedis apoſtolicę decreto multorum talium librorum lectio laicis iampridem interdicta ſit, & eruditis in lege domini apud Hebręos grauium authorũ ſententia prohibita fuerit lectio dictorum librorum, atq; primi capitis Geneſeos: ante annum ætatis triceſimum, prædicta propoſitio temerarie & impudẽter aſſeritur: quandoquidem eadẽ ſubeſt cauſa nihibendi talium librorũ lectionẽ, quę ſuberat quando decretũ Innocentii tertii ſuper his cõſtitutum eſt, cuius fragmentum refertur de hęret. in authentica cum ex iniuncto.

Propoſitio eiuſdem. In eadem præfatione Quinta.

INdecorum vel ridiculum potius videtur ꝙ idiotæ & mulierculæ pſitaci exẽplo pſalmos ſuos & precationem dominicam immurmurant, cum ipſi quod ſonant, non intelligant.

CENSVRA.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hæc propoſitio ſimplices idiotas & mulierculas ab oratione vocali iuxta ritum & conſuetudinem Eccleſiæ perperam retrahens, acſi inutilis ſit, niſi ab eis intelligatur, impia eſt & erronea, viam præbens errori Bohemorum, qui officiũ eccleſiaſticum in idiomate vulgari celebrare conati ſunt. Alioqui in lege veteri indecorum fuiſſet & ridiculum, ſimplicem populum ex dei inſtituto ceremonias legis obſeruare, quas non intelligebat: quod aſſerere eſt in legem & eius latorem deum, blaſphemum & hęreticum. Neqꝫ enim per verba orationis ſolum prætendit Eccleſia, vt ſerie verborum illorum erudiamur, ſed vt eius fini nos conformando, veluti ipſius membra, diuinas laudes pronunciemus debitas gratiarum actiones perſoluamus, & nobis neceſſaria imploremus. Vnde propter talem orantium intentionem, dei munere affectus inflammetur, intellectus illuminetur, humana inopia ſubleuetur, atqꝫ gratię & gloriæ fructus comparetur. Quæ certum eſt orantes, per tales orationes vocales q̃uis verba nõ intelligant, prętendere. Quemadmodum legatus, & ſi verba domini ſui non capit, illa tamẽ iuxta mandatum domini ſui referens, gratũ impendit obſequium & domino, & ei ad quem mittitur. Multę ſimiliter prophetiæ in eccleſia cantãtur, quæ q̃uis a multis cantantibus non intelligantur, plurimum tamen vtilis eſt & meritoria earum pronunciatio & cantus. Diuinę ſiquidẽ veritati quæ illas docuit ac reuelauit, eas cantando gratum obſequium exhibetur. Per quæ ſane conſtat, non in ſola verborum intellectione fructum orationis conſiſtere. Pernicioſum quoqꝫ eſſe errorem exiſtimantium, ſolum ad erudiendum intellectum fieri orationem vocalem: cum præcipue fiat talis oratio ad inflammandum affectum: vt pio & deuoto animo in deum, modis prædictis ſe erigendo, mens reficiatur: & obtinendo quę petit, ſua intentione non fruſtretur: mereatur itidem intellectus illuminationem, quemadmodum & alia vtilia aut neceſſaria: qui nimirum fructus lõge vberiores ſunt, quàm ſola verborum intellectio: quę abſque excitatione affectus in deum, parum affert vtilitatis. Qꝫ ſi contingeret pſalmos in linguam vulgarem traduci, non propterea eorum ſenſum ſimplices & idiotæ plene perciperent.

Tit. XIII. De iis in quibus a communi vſu eccleſiæ Latinæ paraphraſtes recedit in ſuis paraphraſibus.

IN hominibus bona voluntas. Pro, hominibus bonæ volũtatis, Luc. 2.
Anteq̃ hæc vniuerſitas rerum cæleſtium ac terreſtrium conde- 1. Ioan. 1.
retur, iam cũ patre æterno ſermo erat æternus. Vtitur dictione Sermo, cum vtamur dictione Verbum, explicando illud, In principio erat verbum.

Tres ſunt in cælo qui teſtimonium prębent Chriſto, Pater, ſer- 1. Ioan. 5.
mo, & ſpiritus. Atqꝫ horum trium ſummus eſt conſenſus.

Nos vero legimus, Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, verbum, & ſpiritusſanctus: & hi tres vnum ſunt. Perperam autem explicat partem illam paraphraſtes, hi tres vnum ſunt, detrahendo maximo teſtimonio fidei de vnitate ſubſtantiæ in tribus perſonis, anſam præbens defenſionis erroris Arrii.

Deſignauit dominus e numero diſcipulorum ſeptuaginta: vbi ſeptuaginta Luc. 10.
duos legimus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Luc.13. Vnus e diſcipulis,cui nomen Cleophas.Legimus autem Cleopas.
1.Cor.11. Hoc eſt corpus meum,quod pro vobis frangetur. Vbi nos legimus , Hoc eſt corpus meum,quod pro vobis tradetur.
Ioã.vlti. Si hunc velim manere donec ipſe veniam,quid id tua refert?
Nos vero legimus,Sic eum volo manere donec veniam,quid ad te?
Doceo vos quomodo rediuiuus multis ſe conſpiciendum præbuerit , primum
1.Cor.15. Cephæ deinde duodecim illis. Ponit duodecim cum legamus vndecim.
Non omnes morituri ſumus,cũ fortaſſe dies ille aliquot noſtrũ viuos deprehendet:ſed tamẽ omnes imortalitatis gloria immutabimur:qui hic pietatis ſtudio quodammodo meditamur immortalitatem,abſtinẽtes a peccati contagio.
Ex his in paraphraſi poſitis,patet Eraſmum legere,Nõ omnes quidem dormiemus,omnes tamen immutabimur.Nos vero contra legimus: Omnes quidem reſurgemus,ſed non omnes immutabimur.
Germana coniunx,pro germane compar.
Solomon,pro Salomon. Paracletus,pro paraclitus.
Seruator,pro Saluator. Caparnaum,pro Capharnaum.
Spiritus fatidicus,vbi ſolet dici,Spiritus propheticus.
Betheſda,pro Bethſaida. Bethabana,pro Bethania.
Melitæ,pro Mileti. CENSVRA.

In his & aliis eius generis non paucis,latinis hominibus ſcribẽs paraphraſtes, temerarie ab vſu cõmũi Eccleſiæ Latinę recedit:quẽ ſeruare debuerat,veſtigiis inhęrendo pręcedentium patrũ Latinorum,Gregorii,Leonis,Proſperi, Caſſiodori,Iſidori,Bedæ , Alcuini , Haymonis,Rabani,Anſelmi,Bernardi,Ruperti, Hugonis ac Ricardi de ſancto Victore,& cæterorum:qui ſuum ſemper iudicium eccleſiaſticæ conſuetudini,vt humilis ſuadebat charitas,accommodarunt atq; ſubmiſerunt:nihil attẽtare auſi,vnde quoquo modo poſſet Eccleſia perturbari. Pro eximia ſiquidem ſua ſapientia norant viri illi eruditiſſimi,ꝙ poſt incõparabilem beati Hieronymi in ſanctis ſcripturis laborem,vetuſtus Eccleſię Latinæ vſus magno eruditorum conſenſu tot ſeculis probatus,& pręclaris catholicorum doctorum commentariis illuſtratus,latinis hominibus pro lege,habẽdus eſſet,& norma loquendi in ſacris eloquiis:neq; per hoc gręcis & hebraicis literis quicq̃ detraheretur,ſed ſuus cuiq; mos & ordo ſeruaretur.

Tit.XIIII. De quibuſdam propoſitionibus quæ poſitæ videntur ex inaduertentia vel paraphraſtæ vel typographorum.

Propoſitio Prima. Matth.2.

CHriſtus Hieroſolymæ circunciſus eſt.CENSVRA.Remouẽda dictio Hieroſolymę. Propoſitio Secunda.Matth.X.
Quinto loco nomina apoſtolorum erant,Iacobus Alphei filius, vna cum Iuda Iacobi filio. CENSVRA. Pro filio dicendum fratre.Non enim Iudas Iacobi filius fuit,ſed frater.

Tertia Propoſitio.Luc.2.

Cum adeſſet dies a partu quadrageſimuſſecundus,quo lex maſculinum fœtũ iubet exhiberi domino. CENSVRA. Deponenda eſt dictio ſecundus.Iuxta legem enim maſculus in templo debuit domino offerri quadrageſimo die a

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

partu,non quadrageſimoſecundo.

Propoſitio Quarta.Luc.2.

Cunctis tandem rite peractis,quæ ad purificationem præſcripſerat lex, reuerſi ſunt in Bethleem,vbi natus erat puer. CENSVRA.

Bethleem poſitum eſt pro Nazareth,nec addi debuit,vbi natus erat puer:cum ita ſcribat Lucas.Et vt perfecerunt omnia ſecundum legem domini,reuerſi ſunt in Galileam,in ciuitatem ſuam Nazareth.

Propoſitio Quinta.Luc.4.

Naaman Syrus ter mergi in Iordane obtemperauit. CENSVRA.

Ter dixit,cum ſepties ab Heliſeo mergi iuſſus ſit.

Propoſitio Sexta.Matth.XXVII.

Cæteris quidem digreſſis perſeuerarunt illic duæ,Maria Magdalene,& altera quædam e regione ſepulcri. CENSVRA.

Subſtrahendum eſt illud,cæteris quidem digreſſis,cum monſtret Lucas alias mulieres ab iſtis duabus monumentum inuiſiſſe.

Propoſitio Septima.Ioannis.1.

Philippus profeſſus eſt eadem de Chriſto quæ poſtea Petrus profeſſus eſt.

CENSVRA.

Pro Philippo reponendum eſt Nathanael.Nec tamen omnino eadem de Chriſto Nathanael profeſſus eſt,quæ Petrus Apoſtolus.

Propoſitio Octaua.Philipp.3.

Ego Paulus Iudæus ſum,ex Iudæis oriundus,nec e quauis tribu verum præcipua,nempe Beniamin,vnde & ſacerdotes conſtituuntur.

CENSVRA.

Aliquid ibi deeſſe certum eſt,Nec enim tribus Beniamin præcipua eſt inter tribus filiorum Iſrael,ſed tribus Iuda:nec ex tribu Beniamin ſacerdotes conſtituūtur, ſed ex tribu Leui. Porro ꝙ in ſequenti editione huiuſmodi errata ſcriptor emendauit,comprobamus.

Tit.XV. De quibuſdam propoſitionibus in quibus non ſatis officio paraphraſtæ ſcriptor iſte reſpondet.

Propoſitio Prima.Matthæi.XIX.

QViſquis vxorem dimiſerit & duxerit aliam,adulterium committit,niſi forte quam repudiat adulterio commeruit repudium.

Propoſitio Secunda.
Matth.XXIIII.

Diem & horam vltimi iudicii,nec ipſe filiꝰ hominis nouit. Hoc ſoli ſibi ſeruauit pater.

Propoſitio Tertia.Rom.VIII.

Spiritus dei etiam ſi ſileamus,tamen pro nobis interpellat deum:idq; non humano more,ſed gemitibus inenarrabilibus.

Propoſitio Quarta.Rom.VIII.

Iſte ſpiritus quoties interpellat pro ſanctis indoleſcens ſuper illorum malis,non iuxta humanum affectum interpellat,ſed iuxta dei voluntatem.

CENSVRA.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In his quatuor propoſitionibus paraphraſtæ officio minus recte fungitur ſcriptor iſte in ſua paraphraſi:quę vbi ſenſum deberet aperire,illum nō aperit:cum tamen per alios catholicos doctores clare explicetur. Nam certum eſt quantū ad primam,non licere viro ducere vxorē,etiam propria eius adulterante, cum omne vinculum matrimonii ſit indiſſolubile,niſi interueniat religionis ſolenne votum poſt matrimonium ratum ſed non conſummatum. Quantum vero ad
Ioan.13. ſecundam,certum eſt diem & horam vltimi iudicii noſſe filium hominis ſecun
Ioan.5. dum humanitatem,cum ipſe ſciret omnia quę ventura erant ſuper eum,& dede rit pater omne iudicium filio,vt filius hominis eſt:licet illud non dederit vt an te conſtitutum tempus paſſim hominibus dies & hora illa iudicii reueletur. Quantum autem ad tertiam & quartam, ideo orare dicitur ſpiritus ſanctus & ingemiſcere, ꝙ ſua gratia fideles orantes reddat & ingemiſcentes pro ſuis iniquitatibus & peccatis,aut ob alias pias & iuſtas cauſas:vt vniformis eſt catho licorum doctorum explicatio & ſententia.

Tit.XVI. De meritis Propoſitio Prima.

In Elencho annotatione.CXCII.

MErita vix poteſt conſtituere Auguſtinus. CENSVRA.
Mat.20. Merita nomine operis Chriſtꝰ cōſtituit dum inquit, Voca ope
.1.Cor.3. rarios & redde illis mercedem. Et Apoſtolus nomine laboris
Prou.2. dicens, Vnuſquiſqꝫ propriam mercedem accipiet ſecūdum ſuū
Heb.16. laborem.Et Sapiens in prouerbiis nomine iuſtitiæ,inquiens:
Eccle.16 Semināti iuſtitiam merces fidelis. Merita rurſum nomine me riti conſtituit Apoſtolus his verbis,Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci:talibus enim hoſtiis promeretur deus.Et Sapiens in Eccleſiaſtico,hoc ver borum contextu,Miſericordia faciet locum vnicuiqꝫ ſecundum meritum operū ſuorum. Et poſt eos conformiter ad cæteros catholicos doctores Auguſtinus meritum aſſerens cōſtare ex libero arbitrio vertibili,& diuina gratia:vt ſit meritum opus & gratiæ,& liberi arbitrii vertibilis. Hæc itaqꝫ propoſitio quate nus per eam prętenditur beatum Auguſtinum non aperte & certo conſtituere merita, eſt manifeſte falſa: & ad impiam accedit doctrinam Lutheri de fide & operibus. Propoſitio Secunda,in præfatione in Lucā.
Mar.6. Chriſtus liberat vniuerſos ab omnibus animarum morbis,tātum vt morbum agnoſcamus & fidamus medico.

Tertia Propoſitio.

Apoſtoli denunciabant omnibus vt pœnitentiam agerēt anteactorum malorum,ne quiſq̄ fideret ſuis factis,ſed tantum promiſſis euangelicis.

Propoſitio Quarta.Marc.II.

Deus a peccatoribus nec holocauſtomata requirit, nec donaria:tātum agnoſce morbum & confide de medico.

CENSVRA.

QVāq̄ plurimum confert ad impetrandum a deo quod petitur, ardor fidei & ſimplex ac pura fiducia in Chriſto & eius promiſſis:illa tamen non ſufficiunt, niſi addantur bona opera. Quare hæ tres propoſitiones quātum ad tres vltimas earum partes quibus prætendunt ſufficere ad ſalutem,talem fiduciam in

Chriſto & eius promiſſis, abſque bonis operibus, dum fieri poſſunt, hæreſi Lutheranæ de fide & operibus aſtipulantur.

Propoſitio Quarta. Lucæ.V.

Ieſus nullum aliud exigit ſacrificium quàm ſimplicem ac puram erga ſe fidutiam. Propoſitio Sexta. Mar.II.

Satis ſacrificauit, qui ſe cum plena fidutia oſtendit.

CENSVRA.

Cum euangeliſta hoc loco de ſacrificio nihil dicat, ſi per has duas propoſitiones intelligatur ꝙ per hoc ꝙ Chriſtus fecit authoritate excellentiæ non requiruntur in nobis bona opera & ſatiſfactio ad dimiſſionem peccatorum pro peccatis poſt baptiſmum perpetratis, hæreticæ ſunt: cum fide tenendum ſit, peccatores debere ſatiſfacere pro peccatis quæ poſt baptiſmum commiſere: iuxta diuinæ iuſtitiæ decretum: alioqui pro animabus fidelium defunctorum minime oraret Eccleſia catholica: neq; poſt hanc vitam ponendum eſſet purgatorium.

Propoſitio Septima. Matth.XIX.

Nullum eſt opus hominis ita bonum vt mereatur præmium æternæ vitæ.

CENSVRA. Matth.XIX.

Quis vita æterna ſuapte natura tantum ſit bonum, vt abſq; diuina gratia non
poſſit quis illam mereri, aſſerere tamen hominẽ cum diuina gratia illam non
poſſe promereri, eſt hæreticum & ſanctis ſcripturis contrarium: quę oſtendunt
per obſeruationem diuinorum mandatorum peruenire ad vitam æternam: iux- Matt.19
ta verbum Chriſti, Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Cum & Apoſtolus He.vlt.
aſſerat, homines per beneficentiam & communionem deum promereri. Et Sa- Sapi.3.
piés de quibuſdam ſanctis viris dicat: Tentauit deus illos & inuenit dignos ſe.

Propoſitio Octaua. Marci.10.

Qui præmii cauſa certat, non certaturus niſi ſciat dandum præmium, is ſeipſũ præmio fruſtratur. CENSVRA.

Tametſi principalius dei amore quàm præmii, debent homines certare & bene
operari, licitum eſt tamen eos præmio moueri ad bene operandum & certandũ
contra temptationes: & oppoſitum aſſerere erroneum eſt, & ſcripturæ aduer-
ſatur. Scribit enim Apoſtolus. Debet in ſpe qui arat arare: & qui triturat, in ſpe .1.ad Co
fructus percipiendi. Probãtur etiam a Chriſto eunuchi qui ſe caſtrauerunt pro- rinth.9.
pter regnum cælorum. Et inclinauit Regius propheta cor ſuum ad facien- Mat.19.
das iuſtificationes, propter retributionem. Pſal.118.

Tit.XVII. De fidutia bonorum operum & meritorum

Propoſitio Prima. In fine Diatribæ.

LVtherus pie quidem ac chriſtiane diſſeruit de fidutia meritorũ operum & virium noſtrarum: ac de tota fidutia trãſferenda in deum & eius promiſſa. CENSVRA.

De abiicienda fidutia operum & meritorum impie ac hæretice diſſeruiſſe Lutherum exploratum eſt. De illis nanque ita diſſeruit, vt minime veritus ſit bona opera & merita pariter & fidutiam in illis ſub deo repoſitam damnare: quæ multis in locis ſacra eloquia comprobant. Docent enim homines poſt hanc vitam relaturos quæ geſſerunt in corpore, ſiue



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cor.2.5. bona fuerint,ſiue mala:& proceſſuros in reſurrectionem vitæ eos qui bona fece
Io.5. rint:in reſurrectionem vero iudicii,eos qui mala.Excitant etiã eadem ſacra elo-
quia chriſtianos duplici nomine facere ac multiplicare bona opera:tum vt ſemi
nantes non parce in hac vita diuites fiant in bonis operibus,ac benedictionem
poſtea demetant:tum vt per illa certitudinem acquirant ſuæ vocationis & ele-
2.Petr.1. ctionis. Fideles nẽpe ita exhortatur beatus Petrus, Satagite vt per bona opera
certã veſtram vocationem & electionem faciatis.Hoc enim faciẽtes,non pecca
bitis aliquando.Qꝫ ſi certi redduntur homines de ſua vocatione & electione be
ne operando:nonvtiqꝫ diffidunt,ſed certam habent fidutiam ꝙ non ſit fururus
ſuus labor inutilis apud deum qui eos non fallit,dum bona æterna pollicetur
bene operantibus.Hinc ſane patet ꝙ in bonis operibus tanq̃ in mediis ad ſalu-
tem neceſſariis cum dei gratia recte fidutiam ſub deo fideles reponunt. Quare
oppoſitæ ſententiæ ſubſcribens Eraſmus,turpiter aberrat,& temerarie ſcanda
lizat legentes.

Propoſitio Secunda,quę eſt in Elencho.

Pſal.71. Periculum eſt meritis fidere. CENSVRA.
Et mat. Cum redditurus ſit vnicuiqꝫ deus iuxta opera ſua,debent fideles ſecuri eſſe:ꝙ ſi
.16. perſeuerarint bene agendo,& diuina mandata cuſtodiendo,cõſequentur vitam
ęternam.Hoc enim includit ratio ſpei:proinde meritis hoc modo fidere non ſo-
lum poſſunt, ſed etiam tenentur, alioqui non ſperarent. Quare erroneum eſt
aſſerere ꝙ periculum ſit hoc pacto meritis fidere.Nec tamẽ ea fidutia gratiam
& miſericordiam dei excludit,per quas merentur homines,& ad vitam æternã
acceptantur. Longe ſiquidem abeſt huiuſmodi fidutia a præſumptione & in-
gratitudine. Deo enim omnia bona opera aſcribit vt præcipuo authori: & fru-
ctum meritorum maxime collocat in diuina miſericordia,non in propriis meri-
tis aut in humana iuſtitia,quæ nullius eſt momenti,ſecluſa diuina miſericordia:
licet cum illa ad ſalutem ex dei decreto requirantur humana opera, quæ nihi-
lominus dei donum eſt.Neqꝫ tamen vllum eſt opus hominis,quo regulariter,
abſolute,& abſqꝫ conditione futurę perſeuerantiæ ipſe ſecurus eſſe poſſit de ſa-
lute,citra reuelationem.

Tit.XVIII. De fidutia corporalium ceremoniarum & ſtatuto-
rum religionis. Propoſitio Prima,in Elencho.

QVo magis hæremus corporalibus cerȩmoniis,hoc magis ver-
gimus ad Iudaiſmum.

CENSVRA.

Et ſi in operibus & corporalibus ceremoniis non ita fidendum
eſt vt ſpiritualia in quibus perfectio conſiſtit,poſtponantur : in
illis tamen ſuo gradu ſub deo fidutiam habere debemus:illa-
que tanquàm arma ad militandum contra ſpirituales hoſtes aſſumere, prout
Chriſtus docuit, & ſancti patres tradiderunt. Neque plane exiſtimandæ ſunt
ceremoniæ ab Eccleſia aut ſanctis patribus inſtitutæ ad Iudaiſmum vergere:
qui iam obſoleuit & abrogatus eſt, vt abrogandum prorſus prophetæ præ-
dixerunt. Qui autem arbitrantur Eccleſiam aut ſanctos patres rurſus Iu-
daicas ceremonias inſtituere, non Chriſtiani credendi ſunt ſed impii hæretici



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aeriani, Vvitcleuiſtę aut Lutherani, aut eodem fermento malitię corrupti. Pertinent enim Eccleſiæ ceremoniæ ex ſua ratione ad eminentem virtutem, vt pote ad religionē: & eas deo exhibentes aut iis quę ad ipſum ſpectāt, nullum peccatum admittunt, ſed virtutem pręſtant, ac pietatis officium exercent. Nec grauat Eccleſia fideles Iudaicis obſeruationibus ceremonias præſcribens, ſed e cōtrario illos magis hoc nomine quibus ſalutarem ſeſe præbet vitę ducem atque directricem: ſicut qui leges vtiles præſcribunt populo nutanti & præcipiti, non populum onerant ſed leuant, modum viuendiq; rationes commenſurātes. Proinde præſcripta propoſitio, loquendo de fiducia in corporalibus ceremoniis, vt prędictum eſt, impia eſt & hęretica, cum errore conueniens Aerii, Vvitcleui & Lutheri: qui error ex peruerſo loci illius ſcripturæ intellectu decerpitur: Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt. Per quem non huiuſmodi corporales ceremonias intendit Apoſtolus nihili ducere, ſi ad pietatem & diuinū cultum ordinentur, ſecus autem ſi per ſe & ſolitarię aſſumantur, nulla habita ratione pietatis, neq; ad eam ordinentur. 1. Ad Timot. 4.

Propoſitio Secunda. In Elencho.

Opto omnes eſſe tales vt corporalibus ceremoniis non egeant admodū, aut nō ita multum tribuant.

## CENSVRA.

Per ſpeculum & in ænigmate deum vident fideles in hac vita, & ad inuiſibilia ducuntur per viſibilia: nec ſolum interiorem & inuiſibilem, ſed & exteriorem & viſibilem deo, qui dominus eſt corporum ſicut & ſpirituum, tenentur exhibere famulatum ſeu cultum: qui ceremoniarum nomine ſolet deſignari. Ideoq; pro huius vitæ ſtatu egent omnes ceremoniis, ſiue viſibili dei cultu: quamobrem qui huiuſmodi ceremoniis detractant, temerarii Chriſtianæ religionis violatores cēſeri debent: quemadmodum & hoc deſideriū huius ſcriptoris in hac propoſitione: quod ex eadem erroris ſentina proficiſcitur ex quo propoſitio præcedens.

Propoſitio Tertia. In Elencho.

Si præſules inſtituerunt aliquid Iudaicæ obſeruationis, propter infirmos, non damno.

## CENSVRA.

Hæc propoſitio innuens ceremonias & obſeruationes ab Eccleſia aut a ſanctis patribus inſtitutas eſſe Iudaicas, & ſolis infirmis conuenire, impia eſt, Eccleſiæ iniuria, & ex erroneo ſcripturæ ſenſu, vt præcedentes deprompta. Q̄ʒ autem huiuſmodi ceremoniæ aut obſeruationes Eccleſiæ aut ſanctorum patrum, non ſint Iudaicę, ſatis prius monſtratum eſt: ſed ꝙ non ſolis infirmis & imperfectis competant, aperte demonſtratur. Adam ſiquidem perfectus creatus eſt, Gene. 2. & tamen certum cibi genus illi a domino eſt præſcriptum. Perfecti itidem fuerunt apoſtoli qui crebro ieiuniis vacabant, vigiliis & orationibus: a certis quoque cibis abſtinebant, vt a ſuffocato & ſanguine. Actu. 15 Vnde patet quàm peſtilens ſit hæc doctrina, aſſerens perfectos in via non egere huiuſmodi corporalibus ceremoniis: quæ certe ad errorem ſpectat Beguardorum: qui iure in concilio Viennenſi reprobatus eſt.

Propoſitio Quarta. Marc. ii.

Meis diſcipulis (ait Chriſtus) nihil iſtarum rerum præſcribo: his veſcere, his



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

abſtine, nunc quieſce, nunc labora, ſic veſcere hoc ne contingas illud, ne contractes: ne ſemper maneant imbecilles, ſi me præceptore ſemel didicerint huiuſmodi rebus corporalibus fidere.

CENSVRA.

De hac propoſitione quantum ad primam partẽ dicitur, ꝙ quamuis Chriſtus iſta vniuerſaliter non præſcripſerit, horum tamen aliqua præſcribenda per Petrum, reliquos apoſtolos, & eorum ſucceſſores, ad Eccleſiæ ædificationem reliquit, dicens, Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Luc.10.
Quantum vero ad ſecundam partem, videlicet: ne ſemper maneant imbecilles: quatenus innuit huiuſmodi rebus veluti virtutis adminiculis fidentes reddi imbecilles & minus ſpirituales, falſa eſt & Eccleſiæ iniuria: quæ talia a ſpiritu ſancto directa, ad hoc conſtituit, vt per illa fideles in ſpiritu proficiant & virtute, conuenientiuſqꝫ ac facilius diuina præcepta adimpleant.

Propoſitio Quinta.

Luc.XIX.

Alius oſtendit aliquem e phariſeorum genere, & dicit, aſpice hic eſt Chriſtus. Alius rurſus indicat alium candido pallio, & dicit, ecce hic eſt Chriſtus. Alius diuerſos indicans colores & formas veſtium, clamat hic eſt Chriſtus. Alius demonſtrat veſcentem piſcibus, & dicit, hic eſt Chriſtus. Alius ſpadonem oſtendit, & dicit, hic eſt Chriſtus. O Iudaicum & incredulum genus: vis videre Ieſum? conſcende arborem, ſume tibi oculos Zacchæi.

CENSVRA.

Quis certum ſit non eſſe talem adhibendam fidutiam inſtitutorum religionis obſeruationi, qualem diuinis præceptis: tamen non contemnenda, ſed magni facienda ſunt huiuſmodi inſtituta religionum: quæ ad puritatem mentis, feruentiorem dei amorem, & faciliorem diuinorum præceptorum adimpletionem ordinantur: per quorum obſeruationem multas virtutes comparari, & pleraque vitia cohiberi conſtat. Hac autem propoſitione ſcriptor hic talibus religionum inſtitutis de diuerſitate habituum, de abſtinentia a carnibus & cælibatu, aſtute ſed impudenter & impie videtur inſultare, cum illa ſemper habuerit in precio Eccleſia catholica: & damnauerit tam pia ac tã ſancta inſtituta carpentes, aut illis quoquo modo detrahentes.

Propoſitio Sexta. Marc.2.

Recte negligitur color aut forma veſtis, quoties id commodum eſt homini.

CENSVRA.

Hæc propoſitio innuens vnicuiqꝫ licere ſuum habitum relinquere quoties id illi commodum viſum fuerit, eccleſiaſticam & monaſticam vitam diſſoluit: & ſanctorum patrum ac pontificum & conſiliorum inſtitutis eſt iniuria.

Tit.XIX. De oratione vocali.

Propoſitio Prima. In Elencho annotatione. LXIIII.

Chriſtus in orando damnat multiloquium.

CENSVRA.

Hæc propoſitio ſignificans Chriſtum orationem damnaſſe prolixam ſeu multa verba complectentem, erronea eſt, & a ſana ſcripturæ intelligentia aliena.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non enim dãnatur omne multiloquiũ in oratiõe,ſed illud quod ex infidelitate procedit exiſtimantis deum non aliter audire aut intelligere orantes niſi multiloquio vtantur:quod explicans Chriſtus non dicit ſolum,Nolite multum loqui:ſed adiungit, ſicut ethnici faciunt:putant enim ꝙ in multiloquio ſuo exaudiantur.Docent etiam ſancti in gloria non damnandum multiloquium in oratione,nam poſt iudicium non ceſſabunt deum laudare, non ſolum mente,ſed & lingua.

Propoſitio Secunda.In Annotationibus Matth.VI.

Cantiuncularum,clamorum,murmurum ac bomborum vbiq; plus ſatis eſt,ſi quid iſta delectant ſuperos.

## CENSVRA.

Volens Eccleſia militans vtcunq; ſe conformare Eccleſię triumphanti,in qua
ſancti non ceſſant clamare iugiter,Sanctus,ſanctus,ſanctus, dantes gloriam,
laudem & honorem viuenti in ſecula ſeculorum: ſolennes templorum cantus
inſtituit: quibus diuinæ laudes aſſiduo depromuntur & populorum deuo-
tio excitatur: vt pro ſuo modulo more ſupernæ Hieruſalem ad quam con-
tinuo aſpirat, in terris poſita imitetur. Hoc vt faceret, ſuaſit multitudo illa Luc.2.
militiæ cæleſtis, quæ Chriſto nato deum laudans,voce ſublimi cantauit,Glo- Matt.21.
ria in excelſis deo. Suaſit & Chriſto probatus puerorum clamor in lau-
dem Chriſti erumpentium & dicentium,Oſanna filio Dauid. Benedictus qui
venit in nomine domini.Suaſit & ipſe Chriſtus,qui prius quàm in montem oli-
ueti egrederetur,paſſurus tanquàm gratiſſimum deo approbaturus miniſte-
rium hymnum dixit: hymnus autem,vt probati teſtantur authores,nõ aliud Mat.16.
eſt quàm laus dei cum cantico. Non enim laus ſufficit vt hymnus vocetur,ni- Augu.
ſi laus dei ſit,& decantetur. Cantauit itaq; vocaliter Chriſtus hymnum, tra- ſuppſal.
dens formam Eccleſiæ decantandi diuinas laudes: nec ſolus cantauit,ſed cum c.48.
apoſtolis,quos terrarum orbis in ſuum locum vicarios conſtituebat,vt id faciẽ-
dum eſſe Eccleſiæ,doceret.Suaſit & Paulus & Sylas,qui in carcere poſiti tam Actũ.16
alta voce deum laudabant, vt audirent qui in cuſtodia erant.Vnde & terræ
motu facto,motiſq; carceris fundamentis,aperta ſunt oſtia,& ſoluta captiuo-
rum vincula: id quod magnopere placere deo hymnos ac diuinas laudes oſtẽ-
dit: præſertim vbi altis vocibus cantantur:cum tantæ efficaciæ fuerint de-
prompti huiuſmodi hymni ac laudes diuinæ a Paulo & Syla.Suaſit demum
mos antiquiſſimus ab exordio Eccleſiæ ab apoſtolis inductus quo hymni a
Chriſtianis ſimul congregatis ſolebant decantari:interdum etiam ante lucem.
Nec ab re ſane,vſum accepit Eccleſia catholica decantandi hymnos ſeu diui-
nas laudes, cum huiuſmodi hymni ac dei & ſanctorum laudes decantata,
mentes ad ſuperna erigant,inflamment ad diuinam dilectionem, moueant ad
compunctionem, excitent ad contemptum,terrenorum,& ad comparandas,
virtutes prouocent. Hęc vtiq; attendens Eccleſia in ſpiritu dei inſtructa,muſi-
cam in ſacras ædes inuexit,vocum harmoniam atq; ſuauitatem ad pelliciẽdos
animos in ſanctimoniã & pietatẽ nõ reiecit,ſolennes templorum cãtus minime
aſpernata eſt,ſi tamen cantus illi pii ſint ac Chriſtiani:non vani laſciui aut im-

pudici:neq; tanta vocum fractione redundent, quin voces diuinarum laudum quæ cantantur, facile ab audientibus (prout iure cauetur) percipiantur. Nec pertimeſcit in his eccleſia Phariſaicum ſcandalum, Arrianorum, Vvitcleuiſtarum, Lutheranorum, aut quorumcunq; hæreticorum, qui laudes Chriſti & ſanctorum ſuum arbitrantur opprobrium, ſua verbera, ſuos cruciatus: ſed nouit tale hęreticorum ſcandalum paruipendendum: cæci enim ſunt, & duces cęcorũ. Quamobrem hæc propoſitio innuens ſolennes templorum cantus, & genus illud muſicæ operoſæ, & multa vocum varietate aures animoſq; demulcentis non eſſe deo & ſanctis accepta, falſo, temerarie & impie aſſeritur, & damnato præfatorum hæreticorum errori ſuffragatur.

Propoſitio Tertia. In annotationibus. 1. Corinth. XIIII.

Quid aliud auditur in monaſteriis, in collegiis, in templis, quàm vocum ſtrepitus?

Quarta Propoſitio.

Vulgus non aliud audit q̄ voces nõ ſignificãtes.

Quinta propoſitio.

Obſecro quid ſentiunt de Chriſto qui illum credunt huiuſmodi vocum ſtrepitu delectari?

CENSVRA.

Hæ tres propoſitiones quatenus prætendunt nullam commoditatem cantantibus clericis diuinas laudes prouenire, nec ſimiliter audientibus populis, niſi quid per voces ſignificetur intelligant, nec deum huiuſmodi cantu delectari, impie ſunt, & a catholica veritate alienę. Nam ſi ceremonias veteris legis ſcribæ & Phariſæi, necnon & ſimplices vtiliter obſeruabant, eo ꝙ ad pietatem ſeu diuinum cultum eas ordinabant, q̄uis quid illę ſignificarent non perciperent: pari vtiq; ratione magno cum fructu ſuccedunt decantatę diuinę laudes & cãtica eccleſiaſticis, qui ea concinunt, & plebibus aſſiſtentibus, licet ea minime intelligant, cum ſit communis intentio omnium hæc depromere, hęc audire, his aſſiſtere ad dei gloriam, laudem, & honorem, ad gratias ſuper acceptis muneribus perſoluendas, ad obtinenda a deo quæ vitæ præſenti conducant & futurę: quę nimirum intentio magnopere deo grata eſt. Nam ſi cor hominis deus maxime requirit, quid magis gratum illi eſſe poterit, q̄ ꝙ homo pio affectu ipſum laudare, reuereri, amare, appreciari elaboret, ac libenter laudibus eius aſſiſtat? Nulla profecto verborum intelligẽtia cum hac pia intentione poteſt conferri, quam habere ſolent etiam ſimplices, rudes, & ineruditi.

Propoſitio Sexta. In annotationibus. 1. Corinth. XIIII.

Cur dubitat Eccleſia tantum auctorem ſequi, aut cur audet ab eo diſſentire? De Paulo loquitur.

CENSVRA.

De hac propoſitione idem prætendente quod tres præcedẽtes, idem dicendum eſt quod de illis, niſi quod vltra illas addit Eccleſiam a Paulo diſſentire, dum in templis cantus celebrat publice, quorum verba a populis non intelliguntur: quod falſum eſt. Scribens enim Paulus, In eccleſia volo quinq; verba ſenſu meo loqui, q̄ decem milia verborum in lingua: de concionibus ſeu ſermonibus qui habentur ad populum, tractat: in quibus inutilis eſt copia verborum non intellectorum. Nam de cantibus eccleſiaſticis, quorum alia eſt ratio, vt in pręcedenti cenſura monſtratum eſt: proinde prudentes cenſuit Eccleſia diuina officia lingua latina celebranda. Non enim opus eſt vt populi verba intelligant quæ de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cantant cum illis ad ſpiritualem profectum abunde ſufficiat pia illa ſupradicta intentio ſeruiendi deo, laudãdi deum, reuerendi eum ac diligendi. Nec perpenſa impudenti multorũ temeritate atq; arrogantia expedit huiuſmodi diuina officia de verbo ad verbum in linguam vernaculam tranſferri, & ſic tranſlata in ſacris ædibus decantari. Nam ea res non in populorum cederet ædificationem, ſed perniciem: vt crebro docuit experientia. Populi enim in eccleſia veluti paruuli ſunt, qui lacte egent non ſolido cibo. Atuero quemadmodum vbi aluntur infantes pane, & aliis cibis groſſioribus, letalis ſenſim morbus in illos irrepit, quoniam ſolidiores eſcas ferre nequeant aut digerere: ita conſimiliter, ſi verba nuda ſcripturarum ſanctarum lingua vulgari populis proponantur, ac in tẽplis decantentur, quæ veluti fortiores cibi & ad digerendum difficillimi locum tenent, degrauantur, deprimuntur, & ſæpe in hæreſes prolabuntur, ſcandala & ſchiſmata, vt hodie in pleriſq; locis eueniſſe conſtat.

Tit.XX. De cælibatu Sacerdotum.

Propoſitio Prima.1.Timoth.3.

QVoniam in epiſcopo pudicitia magnam habet commendationem, ſi non continget qui voluptatem hanc in totum contemnat, illud erit ſpectãdũ vt fuerit aut ſit vnius vxoris maritus.

CENSVRA.

Cum in eccleſia occidentali voluntarie ad continenter viuendũ ſacerdotes, accipientes ſacros ordines ſe ſolenniter aſtringant: conſilium hoc ordinationi Eccleſiæ Latinæ de celibatu ſacerdotum derogans, acſi melius eſſet eam ſanctionem non fuiſſe conſtitutam, impium eſt, ſplendori pudicitiæ eccleſiaſticæ aduerſum: & de damnata Vuitcleui & Lutheri doctrina deſumitur. Poteſt nanq; quilibet qui ad continentiam ſua ſponte ſe deuinxit, cum dei adiutorio ſe continere.

Propoſitio Secunda. In Elencho annotatione. CXCVII.

Hodie ducunt apud Græcos Epiſcopi vxores, etiam poſt ſuſceptum ordinem.

CENSVRA.

Hæc propoſitio temere aſſeritur.

Tit.XXI. De peccato originali.

Propoſitio Eraſmi. Rom.V.

MAlum a principe generis humani ortum, in vniuerſam poſteritatẽ dimanauit, dum nemo non imitatur primi parentis exẽplum.

CENSVRA.

Explicat hic paraphraſtes locũ illũ apoſtoli: In Adam omnes peccauerunt: ſiue, In quem omnes peccauerunt. Qui ſane locus intelligi non poteſt de peccato actuali, cum non omnes peccato actuali deliquerint. Paruuli enim nondum vſum rationis habentes, actuali peccato nunq̃ fuerunt obnoxii. Quare præſignatum locum perperã & diſtorte de actuali peccato paraphraſtes explicat. Atq; ea expoſitio Pelagiano fauet errori.

Tit.XXII.

De pœna filiorum temporali propter peccata parentum.

Propoſitio Eraſmi. Io.IX.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

NOn punit deus liberos ob delicta parentum,quemadmodũ docet lex,niſi filii,parentum ęmulentur vitia.

CENSVRA.

Hæc propoſitio vniuerſaliter intellecta,prætendens deum nunq̃ punire liberos etiam temporaliter propter ſcelera parentum, niſi ſcelera eorum imitentur, acſi illud repugnet diuinæ iuſtitiæ,aut æquitati
Gen.8. naturali:eſt hæretica,& ſacræ ſcripturæ aduerſatur:quæ frequenter ſic puni-
&.19. tos liberos indicat. Sic enim ſunt pueri ſubmerſi in diluuio,cum parẽtibus. Sic
2.Re.12. in pentapoli igne extincti ſunt. Sic deniq; filius Dauid paruulus propter adulterium & homicidium patris mortuus eſt. Nec lex docens filios pro iniquitatibus patrum non plecti,non intelligi debet de pœna temporali ſed de æterna.

Tit.XXIII. De pœna hæreticorum

Propoſitio Prima Eraſmi.Matth.XIII.

SErui qui volunt ante tempus colligere zizanias,ſunt ii qui pſeudapoſtolos & hæreſiarchas gladiis & mortibus exiſtimant e medio tollendos:cum paterfamilias nolit eos extingui,ſed tolerari, ſi forte reſipiſcant,& ex zizaniis vertantur in triticum. Qꝫ ſi non reſipiſcant,ſeruentur ſuo iudici,cui dabunt pœnas aliquando.

CENSVRA.

Cum ſit catholicum & fide tenendum,non ſolum licere,ſed & oportere hæreticos pertinaces extremo ſupplicio punire,quando citra iacturam atque periculum reipublicæ id fieri poteſt:nec valet aliter ſalus eorum aut cęterorum procurari & conſeruari : oppoſitumque ſit error Catharorum, Valdenſium,& Lutheri, generalibus conciliis & legibus imperialibus damnatus, pii expoſitoris munus paraphraſtes minime executus eſt,in hunc peruerſum ſenſũ tot verbis lectorem inducendo,nec veritatem catholicam illi aduerſam palam aperiẽdo:quod paucis explicatum facile paraphraſis admiſiſſet,monſtrando quę hic ſcribit,intelligenda fuiſſe pro tempore apoſtolorum & martyrum,quo Eccleſiam atrocius tyranni perſequebantur:non quando rerum potiti ſunt principes chriſtiani,orbem terrarum aut bonam eius partem in ſua tenentes ditione:qui cum leges condentes extirpandis hęreticis accõmodas,vere principi ſuo Chriſto militarunt.Id certe explicare debuit paraphraſtes:quod quia non fecit ſcandali anſam prębuit legentibus:quaſi modo non liceat,quod tempore apoſtolorum & martyrum fieri non poterat. Prænominatorum quoq; hæreticorum errori hac ratione viſus eſt ſuffragari.Nec habet ea excuſatio locum,qua dicat ſe ita intelligere vt diximus. Nam q̃uis ita intenderet vt proponit,tamen hoc ibidem non explicat,& longe ſecus ſolent accipere legentes q̃ dicat ſe prętendere.Vnde & queruntur multi,non ſolum ex hac propoſitione ,ſed etiam ex pleriſq; aliis poculum ſibi ſub mellitis verbis propinari ſcandali & erroris : ideoq; nõ acceptant aliam(vt aiunt)pallio ſophiſticę argutię obũbratã excuſationẽ, qua quis dicat ea quę hic dicuntur,non ſub perſona Eraſmi , ſed ſub perſona Chriſti dici:& non hoc ſeculo,ſed illo quo martyriis plantanda erat Eccleſia, cũ tamẽ talia non expreſſa ne vigilantiſſimi quidem lectores percipiãt,& aliud



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſonent verba eius expreſſa in paraphraſi,ꝙ ſequens eiuſdem doceat explicatio. Nec rurſus probant,ꝙ ſub perſona Chriſti,euangeliſtarum aut apoſtolorũ ea inducat non pauca,quæ viri eruditi iuxta ac pii impia cenſent ac erronea.

Propoſitio Secunda. In ſupputationibus.

EGo principes ad trucidandos hæreticos nec hortor nec dehortor. Quid ſacerdotalis ſit officii,demonſtro. CENSVRA.

Si eccleſiaſticis liceat iuxta iuris diſpoſitionem indicere bella,aut ad indicenda per tẽporales magiſtratus inducere aduerſus Turcas & Iudęos,nõ minus vtique illis id licebit in notorios hæreticos. In cuius rei comprobationem cũ pręſulibus adfuit beatus Dominicus ei bello quod cõtra Albigẽſes hæreticos geſtum eſt. Et vbi principes ſeculares grauiter delinquerent non exterminando hæreticos in perniciem reipublicæ chriſtianæ conſpirantes,& in ſuam hereſim plurimos pertrahentes,teneretur omnibus modis illos inducere orthodoxi epiſcopi ad id faciendum: alioqui ipſi peccarent.Quare hæc propoſitio,quatenus prætendit nunꝗ ſacerdotalis aut epiſcopalis eſſe officii, principes inducere ad extirpationem hæreticorum,impie nec vtiliter profectibus conſulit Chriſtianorum,veræ fortitudinis robur in aduerſarios fidei eneruans.

Propoſitio Tertia. In iiſdem ſupputationibus.

QVis vnꝗ audiuit orthodoxos Epiſcopos concitaſſe Reges ad trucidãdos hæreticos,qui nihil aliud eſſent ꝗ hæretici? CENSVRA.

Hæc propoſitio prætendens non licere orthodoxis Epiſcopis & ſacerdotibus conſilio & exhortatione generali inducere ad extirpationem hæreticorum, qui nihil aliud ſunt ꝗ hæretici,hoc eſt in fide pertinaciter & contumaciter errãtes, multas excitantes ſeditiones aut tumultus, contra diſpoſitionem iuris naturalis,diuini & humani proponitur.Nam ſi pro munere ſuo debent Epiſcopi & ſacerdotes alii admonere principes,vt iuxta diuinam ordinationem & ſuum officium,iuſtitiam exerceant de aliis malefactoribus(Non enim ſine cauſa gladiũ portant)multo certe magis idem facere debẽt de hereticis,qui nihil aliud ſunt ꝗ heretici:quanto hereſis grauius eſt peccatum & reipu.chriſtiane plus nocet. Proinde ſi ii qui pecuniam corrumpunt & falſificant,per quam vitę temporali ſubuenitur,iuſte morti traduntur:valentiori ratione hæretici iure vita priuãtur, qui fidem corrumpunt,quę fundamentum eſt vitæ ſpiritualis:quæ illibata pro temporum malitia ſeruari non poteſt,niſi morte plectantur hæretici,ꝗuis non aliud ſint ꝗ heretici.Nam videntes pleriq; nullo modo deterius agi cum iis qui hereſim profitentur,ꝗ cum aliis:facile profecto omni timore ſemoto hæreticis adhererent:atq; inde miſeranda ſubſequeretur in rep.chriſtiana calamitas:dum populi qui prius erant catholica fide chriſtiani,poſtmodum breui temporis decurſu nihil aliud eſſent ꝗ heretici:id quod,proh dolor,hodie videmus.Multę ſiquidem illuſtres ciuitates quæ nuper vere Chriſtianę fuerant,& chriſtiana pietate inſignes,modo a vero chriſtianiſmo deſciuerunt:nec aliud ſunt ꝗ fœda colluuies aut ſentina putida impiorum hæreticorum: quod vtiq; minime contigiſſet ſi vbi primũ ea peſtis ſuborta eſt, ſalutari legum ſeueritate in hæreticos, licet nihil aliud eſſent ꝗ hæretici,animaduerſum fuiſſet. Hinc ſane patet ꝗ prudenter Eccleſia huiuſmodi hæreticos,ſi legitime fuerint conuicti,iuſtitiæ bra-

Ad Ro. 13.

chii ſecularis decernat relinquendos. Neq; tamen par eſt interim viros eccleſiaſticos immemores eſſe ſui officii. Eniti enim debent exhortando, conſulendo, docendo, corripiendo, obſecrando, & aliis viis debitis ſaluti conſulere talium miſerabilium hominum, vt ab impietate reuocentur.

Quarta propoſitio Eraſmi: quæ & tres ſubſequentes ſunt in ſupputationibus eius.

DOcet Auguſtinus ferendos hæreticos donec citra grauem Eccleſiæ concuſſionem poſſent tolli: ſed tolli Auguſtinus intelligit, a communione ſeparari.

CENSVRA.

Tametſi aliquando exiſtimauit Auguſtinus cum hæreticis verbo agendũ, diſputationeq; pugnandum, nec vlterius progrediendũ, niſi forte in contumaces mucro vibretur anathematis: vbi tamen experientia duce nouit quãtum executioni demandatæ leges Principum ſecularium aduerſus hæreticos profuerunt, relicta priore ſententia, legum terrore & pœnarum ſeueritate cẽſuit ad vnitatem fidei compellendos hæreticos, id quod in multis ſuis libris teſtatus eſt.

Propoſitio eiuſdem in iiſdem Quinta.

Per euangelium vitari iubentur hæretici non exuri.

CENSVRA.

Quãuis euangelium non expreſſe & aperte hæreticos monſtret exurẽdos, leges tamen ciuiles quæ conferuntur ad ius naturale, quod Euangelium non abrogat, morte plectendos atq; concremandos iuſte decernunt.

Propoſitio eiuſdem ibidem Sexta.

An leges Eccleſiæ ſunt, quempiam vltricibus tradere flammis?

CENSVRA.

Iuſtas leges magiſtratuum temporariorum pro extirpatione hæreticorum latas Eccleſia non reprobat, licet illas nolit per eccleſiaſticos qui diuinis omnino officiis ſunt addicti, executioni demandari.

Propoſitio eiuſdem de eadem re, ibidem Septima.

Veteribus Epiſcopis vltima pœna erat anathema.

CENSVRA.

Propter infeſtationem tyrannorum in primitiua Eccleſia non poterant hæretici ſeueriori pœna multari q̃ excommunicationis: poſtea tamen q̃ principes ſeculi Eccleſiæ ſubmiſere colla, perſpecta contumacia atq; impietate hæreticorum, neceſſarium fuit nedum conueniens, in illos gladio temporali animaduerti. Præcedentes autem quatuor propoſitiones errori ſuffragantur ſupradictorum hæreticorum negantium licere & expedire, hæreticos contumaces extremis ſuppliciis coerceri, etiam quando nonnulla inde ſequatur perturbatio reip. & hoc expoſcat ſalus multorum.

Octaua eiuſdem Propoſitio.

Quæruntur articuli partim falſi, partim deprauati.

CENSVRA.

Hæc propoſitio hac ratione hic proponi videri poteſt, vt cũ multæ propoſitiones poſitæ ſint ſuper punitione hæreticorum, admoneantur qui zelum habent ſuper extirpandis hæreticis aut authoritatem, ſolicite caueant ne vehemens ſit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

plus æquo zelus eorū,aut non ſatis diſcretus:vnde contingat innoxios dānari: neue pl⁹ q̄ opus eſt tepeſcat,hæreſes ſinēs pululare,aut notorios hæreticos tolerās impune. Illibata quoqꝫ ſit integritas eorum iudicum qui in cauſis fidei decernunt,vt iuſte quod iuſtum eſt exequantur : neque pecuniæ cupiditate , aut alio quouis ſiniſtro affectu corrupti,a veritate iudicii recedant.Vigilantiſſime inſuper atque diligentiſſime iuri intendendo huiuſmodi cauſas fidei examinent ac pertractent : ne forſan ſubrepat incuria ſiue negligentia , quæ ferendo plurimum obſunt recto iudicio. Cæterum præſcripta propoſitio , ſi de peruerſis iudicibus,qui neqꝫ deum,neqꝫ homines reuerētur,intelligatur,proponit quod interdum eueniat : ſin vero de integris & æquis iudicibus,qui non modo a calumnia alieni ſunt,ſed etiam a ſuſpicione calumniæ,falſa eſt.

Tit.XXIIII. De defectu vigoris Euangelii.

Propoſitio,in Epiſtola præpoſita paraphraſi in Ioannem.

NVllis ſeculis defuerunt homines apud quos Euāgelio ſuus cōſtiterit honos : ſed tamen his annis quadringentis, vigor illius apud pleroſqꝫ refrixerat.

CENSVRA.

Hæc propoſitio quantum ad poſteriorē partem, videlicet,Sed tamen his annis quadringentis &c.ſignificans his annis quadringentis viros de fuiſſe quibus Euangelio ſuus conſtiterit honos,temerarie aſſeritur:cum his annis quadringentis viri fuerint nō pauci ſanctitate & eruditione conſpicui,quales fuerunt Bernardus , Hugo & Richardus de ſancto Victore,Petrus Lombardus,Gratianus,Thomas Aquinas,Bonauentura ,Alexander de halis,Guilhermus Pariſienſis,Nicolaus de lyra,Gerſon,Thomas Vualden,& quàm plurimi alii.

Tit,XXV. De Sabbato.

Propoſitio Eraſmi.Mar.2.

FVturum eſt,vt vere piis quęuis dies ſit æque ſacra.

CENSVRA.

Hæc propoſitio innuens cultum diei dominicæ & aliorum feſtorum ab Eccleſia vtiliter & ſancte inſtitutorum aliquādo in Eccleſia militante abolendum,quod in magnam vergeret perniciem Chriſtianiſmi,irrationabiliter aſſeritur,conformiter ad errorem Beguardorum,qui dicunt tertium præceptum decalogi,ſcilicet,Sabbata ſanctifices,iam ceſſare,quantum ad iuſtos.

Tit.XXVI. De Eccleſia.

Propoſitio Eraſmi.Mar.3.

ECcleſia Chriſti neqꝫ ſurdos,neqꝫ mutos,neqꝫ cæcos,neqꝫ debiles, neqꝫ claudos recipit:huiuſmodi autem habet ſynagoga.

CENSVRA.

Hæc propoſitio ſic indiſtincte poſita innuere videtur ſolos iuſtos eſſe de Eccleſia militante( de illa enim fit ibi ſermo )non cōſonat doctrinæ euangelicæ,quæ comparat regnum cælorum,quod eſt eccleſia militans,ſagenę miſſæ in mare,& ex omni genere piſcium congregāti.Et agro

dominico,in quo cum tritico ſubnaſcuntur zizania.

Tit.XXVII. De beata virgine Maria.

Propoſitio Prima. Luc.1.

DIuini fauoris eſt (ait Gabriel ad Mariam) quod offertur:non tui meriti. CENSVRA.

Si prætendatur,ſuppoſita liberali beneficentia diuina reſpectu incarnationis, ꝙ beata virgo nullo modo meruerit eſſe mater dei,cuius oppoſitum eccleſia decantat,falſa eſt propoſitio,& ſacroſanctæ virginis honori derogans.

Propoſitio Secunda. In Elencho.

AN in pueritia & infantia Chriſti perfecte fuerit reuelatum beatæ virgini Chriſtum eſſe deum & hominem,mihi non liquet. CENSVRA.

Luc.1. Hæc propoſitio craſſam ignorantiam Euangeliorum arguit in ita loquente:
&.2. cum credendum ſit beatæ virgini Mariæ tum perfecte reuelatum extitiſſe,
Matt.2. Chriſtum eſſe deum & hominem.Hoc enim illi angelus,Elizabeth,Reges,pa-
Dan.9. ſtores,& prophetæ ſatis indicarant.
Hie.31.

Propoſitio Tertia. Ioan.2.

Eze.44 PAtris gloriæ quoties erit ſeruiendum,nihil opus erit tua interpellatione. CENSVRA.

Hæc propoſitio ſi vniuerſaliter intelligatur,ſic ſcilicet, ꝙ nullo tempore opus ſit interpellatione beatæ virginis apud filium,pro rebus diuinis aut ad æternã ſalutem ſpectantibus,impia eſt,ritui Eccleſiæ contraria & hæretica.Alma nanque dei mater conſtituta eſt a filio,felix cæli porta,vt pia peccatorum aduocata:vt iuxta ſcripturas catholica eccleſia concinit.

Tit.XXVIII. De Angelis

Propoſitio Eraſ.1.In Elencho.152.

AN Angelus ſit ſimpliciter hoīe dignior,neſcio. CENSVRA.

Culpanda iure ignorantia ita dubitantis, cum etiam aperte id ſcriptura explicet de quo dubitat. Diminutum ſiquidem ab an-
Pſal.8. gelis filium hominis,conteſtatur Rex & propheta Dauid,quũ inquit,Minuiſti eum paulominus ab Angelis,

Tit.XXIX. De Petro apoſtolo. Propoſitio Eraſmi. Matth.XVI.

PEtrus dicens Chriſto,Tu es Chriſtus filius dei viui:certa & indubitata ſententia profeſſus eſt illum eſſe Meſſiam a prophetis promiſſum,ſingulari quodam amore,filiũ dei. CENSVRA.

Hæc propoſitio perperam explicat Euangelicam ſententiã,prębens occaſionem male ſentiendi de diuinitate filii dei,cum Neſtorio.Non enim ſingulari quodam amore dei in ipſum, Chriſtus eſt filius dei,neq; adoptione & gratia,ſed origine & natura.

Tit.XXX. De Paulo Apoſtolo.

Propoſitio Eraſmi. Philipp.4.

TE rogo vera germana coniunx. CENSVRA.

Temerarie a communi lectione latina paraphraſtes in paraphraſi latina recedit,quam paſſim ſequuntur catholici doctores,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, & complures alii. Neq; audiendos cenſet Hieronymus & Auguſtinus lib. de opere monachorum cap. 4. eos qui Paulum habuiſſe vxorem confingant, ꝙ Paulus omnes velit eſſe ſicut ſeipſum. De innuptis item & viduis loquens, bonum dicat illis eſſe ſi ſic permanſerint ſicut ipſe: id autem nequaq̃ diceret, ſi vxorem ipſe haberet. Hieron. ad Euſt. de cuſtodia virginitatis.

Tit. XXXI. De Dionyſio areopagita Propoſitio Eraſmi
In Epiſtola præpoſita Paraphraſi. 1. ad Corinthios. 1. Cor. 7

Dionyſius qui in ſecunda Hierarchia. 1. eccleſiaſtica, priſcos eccleſiæ ritus ſatis copioſe deſcribit, eruditis recẽtior quiſpiã fuiſſe videtur, q̃ fuerit Areopagites ille. CENSVRA.

Non vere eruditis, ſed temerariis, & nouitatum ſtudioſis videtur non eſſe Dionyſius Areopagites, qui libros eccleſiaſticæ Hierarchiæ conſcripſerit. Quandoquidem ab ipſo Dionyſio Areopagita fuiſſe conſcriptos conſtat: primũ ex ipſis Eccleſiaſticæ Hierarchiæ & aliis eiuſdem authoris libris: deinde clarorum virorum teſtimonio idem cõprobatur. Poſtremo ſeptima generali ſynodo id fit dilucidius: in qua magnus Dionyſius appellatur, is qui libros ſcripſit eccleſiaſticæ Hierarchiæ.

Tit. XXXII. De Theologia ſcholaſtica.
Propoſitio Eraſmi Prima. In Epiſtola præpoſita paraphraſi Epiſtolæ ad Epheſios.

Iam ars eſſe cœpit Theologia potius q̃ ſapiẽtia: theatrica verius q̃ ad veram pietatem accommoda. Hanc præter ambitionem & auaritiam vitiarunt & aliȩ peſtes, adulatio, contentio, ac ſuperſtitio. Quibus rebus tandem eo ventum eſt, vt Chriſtus ille purus, prope modũ eſſet obrutus humanis cogitationibus. Limpidiſſimi quondam euangelicȩ doctrinȩ fontes, Philiſteorum ſcrobe oppleti, diuineq; ſcripturæ regula nunc huc, nunc illuc detorta, noſtris ſeruiret affectibus, potius q̃ gloriȩ Chriſti. Quidã pia certe mẽte conati ſunt orbem ad priſtinã ſtudiorum ſimplicitatem reuocare, atq; a lacunis iam fere turbidis, ad viuas illas ac puriſſimas ſcatebras reducere. Eam ad rem cõciliandam, linguarum & bonarum (vt vocant) literarum cognitio viſa in primis cõducere: quarum neglectu videmur huc prolapſi. CENSVRA.

Hæc propoſitio tres habet partes, quarum prima innuens theologiam ſcholaſticam eſſe artem potius humana tractantẽ q̃ diuina: ac ſpectaculis mundanis magis accommodã q̃ pietati, perperam vt aliȩ multæ ab hoc ſcriptore in odiũ illius aſſeritur. Nam q̃uis ab humanis diſciplinis opem nonnunq̃ ſuſcipiat, non ſic tamen quin ſubſidium in theologicæ veritatis perſcrutationem conuertat. Q; ſi aliqui plus æquo in peregrinis diſciplinis immorẽtur: non continuo illorum vitium theologiæ venit adſcribendum: quandoquidem ſunt plurimi percelebres doctores, qui ſuis luculentis doctrinis totum terrarum orbem illuminarunt: quibus ſi imbutus fuiſſet hic ſcriptor, varios eoſq; pudendos errores, quos ſuis libris immiſcuit, facile euitaſſet. Præterea ſi coram multis tractari ſoleant theologicæ diſputationes, non protinus theatrica dicenda eſt theologia: quam conducibile eſt publice huiuſmodi tractare quo pluribus conſulat, veri

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tates theologicas manifeſtando ac defendēdo, & oppoſitos errores eliminādo. Secunda pars incipiens ibi. Hanc præter ambitionē &c. innuens doctores ſcholaſticos in ſuis expoſitionibus vitiaſſe ſcripturam, eamq; repugnantem non ad veritatem, ſed ad humanos affectus pro ſua libidine detorſiſſe, veritatis expers eſt: nec obſcure improbam indicat procacitatem enunciantis. Non enim aliam ſolent probati ſcholaſtici doctores ſcripturarum intelligentiā ſectari ab ea quā tenent, & hactenus tenuerunt orthodoxi interpretes. q̄uis in aliquibus quæ ſunt præter fidem aut non de neceſſitate explicite credēda, diuerſa interdū ſentiant. Tertia pars incipiens ibi, Quidam pia certe mente &c. duo innuit, vnū ꝙ theologia ſcholaſtica ſtudiorum ſimplicitatē ſuſtulit: quod manifeſte falſum eſſe conſtat, cum illa circa fidem & mores verſetur: in quorum recta cognitione potiſſimum conſiſtit ſimplicitas ſtudiorum. Alterum eſt ꝙ huiuſmodi ſimplicitas ſtudiorum per linguarum & politiorum literarum peritiam reuocetur: quod non omnino eſt concedendum. Nam q̄uis aliqua ex parte hæc ad illam conducant, non tamen vſqueadeo vt theologia ſcholaſtica, quæ pręcipue ſenſus attendit, non verborum proprietates, quas ex grammatica præſupponit.

Propoſitio Secunda. In præfatione in Hilarium cum ſequentibus.

NOuam in rebus diuinis, qui nihil aliud ſunt quam homines, θεότητα commenti ſunt: quæ quidem plus quæſtionum & atrociores tumultus excitauit orbi q̄ olim Arrianorum temeritas. CENSVRA.

Cum paucis & veluti compendio quodā catholicas veritates ſcholaſtica theologia fideliter decernat, ſicq; ſuos inſtituat, vt non facile in errores prolabātur, hac propoſitione erronee & temerarie doctrinę ſcholaſticę detrahit hic ſcriptor ab eius ſtudio quantum in ipſo eſt, peruerſe retrahens: quod vtile & neceſſarium eſſe ſacra concilia oſtendūt: quæ generalia ſtudia, & deputata illis gymnaſia pro huiuſmodi exercitatione theologiæ comprobarunt, atq; multis priuilegiis ac immunitatibus donauerunt.

Propoſitio eiuſdem tertia, in eadem in Hilarium prefatione.

NObis qua fronte veniam poſcemus, qui de rebus longe ſemotiſſimis a noſtra natura tot curioſas ne dicam impias mouemus quæſtiones: tam multa definimus quæ citra ſalutis diſpendium vel ignorari poterant, vel in ambiguo relinqui. An non habiturus conſortium cum patre & filio & ſpiritu ſancto ad philoſophiæ rationem expedire quid diſcernat patrem a filio, quid ab vtroq; ſpiritum ſanctum, quid interſit inter filii natiuitatem a patre, & ſpiritus proceſſionem?

Quarta eiuſdem Propoſitio: ibidem.

NOn damnaberis, ſi neſcias vtrum ſpiritus a patre & filio proficiſcētis vnicum ſit principium, an duo. CENSVRA.

Quis certum ſit, ſimplices abſq; profunda horum myſteriorum intelligentia ſaluos eſſe poſſe, hæ tamen propoſitiones, quibus vt ex pręcedētibus liquet author innuit ſuperuacaneum eſſe ac inutile doctorum ſtudium & indaginē, per quæ deo iuuante & cooperante talia diuina myſteria aperiunt & explicant, in iniuriam aſſeruntur ſanctorum doctorum, Auguſtini, Hilarii, Hieronymi, Ambroſii, Baſilii, Nazianzeni, Chryſoſtomi & aliorum: quos non fruſtra laboraſſe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

exploratum eſt, eiuſmodi argumenta tractando.
Sunt inſuper ſupradictæ propoſitiones ſacris conciliis generalibus contumelioſæ, quæ tales materias de trinitate & conſubſtantialitate perſonarum diuinarum ex ſcripturis ob incidentes calumnias hæreticorum crebro deciderunt & definiuerunt, aut potius declarauerunt: q̄uis tales definitiões aut declarationes Eccleſia de illis non dubitauerit.

Quinta eiuſdem Propoſitio. In eadem præfatione in Hilarium.

EA quæ nos ſcrutamur, quæ definimus, nec ſacris literis prodita ſunt: vt ſi comprehendi non poſſint, certe credi debeant: nec vllis rationibus probari, nec cogitatione cõcipi, nec ſimilitudinibus adhibitis adumbrari, vt ſunt, poſſunt. In quibus veſtigandis cum a clariſſimis ingeniis ſumma vi diu deſudatū fuerit, hic demum eſt extremus profectus, vt intelligant ſe nihil ſcire: & adeo ad vitæ pietatem nihil faciunt, vt nuſq̄ magis habeat locum illud Pauli, Scientia inflat, charitas ædificat. 1. Cor. 8.

CENSVRA.

Quæ ſcrutantur, quæ definiunt catholici doctores & ſacra concilia de beatiſſima trinitate & de diuinis perſonis, credenda conſtat in ſacris ſcripturis contineri: nec ab re rationes, ſuaſiones, ſimilitudines atq; manuductiões ab illis adduci ad tanta myſteria vtcunq; intelligenda. Nec is vtique labor inutilis eſt aut infructuoſus, ſed maxime ad pietatem conducit Chriſtianæ religionis: quē non ſcientia, quæ inflat, vt temerarie ſcriptor iſte aſſerit, ſed charitas, quæ ædificat, promeretur.

CONCLVSIO huius operis.

HAec itaq; ſunt quæ ſuper propoſitis Eraſmi aſſertionibus decernenda diiudicamus: quę ideo pluribus expreſſimus, vt plenius cognoſcant omnes q̄ abſurda ſint & ſtulta quæ olim impii hæretici Arriani, Aeriani, Valdenſes, Beguardi, Turelupini, Vvitcleuiſtæ, atq; his temporib9 Eraſmus & Lutherani cõtra Eccleſię definitiones atq; inſtituta auſu ſacrilego aſſerere non erubuerūt: illoſq; atq; peſtilentes eorum errores prorſus reiiciant: & ſoli adhęreant Eccleſiæ catholicæ, quæ in fide & moribus errare non poteſt. In his enim ſemper a ſpirituſancto dirigitur. Propter quod ſcribit Apoſtolus, Eccleſiam columnam eſſe & firmamentum veritatis. Hinc profecto conſtat eos qui illi reluctantur, turpiter a veritate aberrare: quod legendo hęc, vel rudes & imperiti facile percipient. Rationes enim adducuntur, ac diuinorū voluminum citantur teſtimonia, quæ manifeſta reddere valeant nec inefficacia quę decernūtur. Vnde cõfunditur eorum impietas, qui vſqueadeo grauia errata purioris Chriſtianiſmi vel ſyncerioris doctrinæ prætextu innouare moliuntur. Huc etiam accedit q̄ ſuccurrendum fuit illorum imbecillitati, qui vera eſſe credant quæ ſplendore illuſtrantur orationis: contra vero falſa, quæ rudi & incompto ſermone ſcribuntur: minime attendentes inter hæc & illa non minus eſſe diſcrimen, quàm inter vaſa & ea quæ in illis continentur: quod ſæpe maximum eſt. Nam nonnunquàm aurea vaſa, quibus ſimiles ſunt ornati ſermones, mortifera continent venena: vbi teſtea, quibus comparantur inornati, ſalubrem continere liquorem perſpicuum eſt. Conſulendum item fuit iis qui græcas noſſe & hebraicas literas, perfectam putant eſſe & conſummatam theologiam: cum tamen qui eas norunt, ſi non alioqui in Theologica diſciplina fuerint inſti- 1. Cor. 1



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tuti,grammatici cenſendi ſunt non theologi:quemadmodũ & qui latinas profitentur non vlterius progreſſi. Vt igitur omniũ horũ ratio haberetur,ac illis dilucidius veritas monſtraretur & efficacius,operępreciũ fuit prolixiori tractatu rem hanc deducere. Sic enim plerũqꝫ veri aperiuntur ſenſus ſcripturarum,hęreſum fontes deſiccantur,& technæ atqꝫ calumnię detegũtur hæreticorum. Hac etiam ratione pericula deuitantur quæ ex ſuſpectis libris proueniũt,aut ex his qui q̃uis eleganter & nitide conſcripti ſint,non tamen carent veneno damnatę Vvitcleuicæ & Lutheranæ doctrinæ.

Acta ſunt hæc in noſtra congregatione apud collegium Sorbonæ,poſt diuturnam ac maturam diſcuſſionem die. xvii. Decembris. Anno domini milleſimo quingenteſimo viceſimo ſeptimo.

FINIS.

# DETERMINATIO

Facultatis Sacrę Theologię in Academia Pariſienſi,ſuper familiaribus colloquiis Deſiderii Eraſmi Roterodami,cõcluſa mẽſe Maio.ãno.1526.

ANno dñi milleſimo quingẽteſimoviceſimoſexto die.xvi. mẽſis Maii.fuit cõgregata facultas theologica per iuramẽtũ in Collegio Sorbonę,ad deliberãdũ finaliter,quid eſſet agẽdũ de libro qui inſcribitur Familiariũ colloquiorũ formulę,per Deſideriũ Eraſmũ &c. Nũc autẽ idẽ liber plurimũ auctus inſcribitur familiariũ colloquiorũ opus,multis nominibus vtiliſſimũ. Super quo quidẽ negocio iã ſępius factus fuerat ſermo,tã inter deputatos, q̃ in pleno magiſtrorũ cõſeſſu. Et die heſterna poſt multa ſuper ea re in ipſa facultate ſedenti apud ſanctũ Maturinũ poſt miſſã (vt moris eſt) propoſita vt maturius materia ipſa diſcuteretur,remiſſa eſt ad hũc diẽ decimũſextũ,quo in omniũ magiſtrorũ pręſentia repetita ſunt & rememorata quę per deputatos prius diuerſis vicib9 fuerãt adducta:videlicet ꝙ per auctorẽ dicti libri,quiſquis is eſſet,ieiunia & abſtinẽtię ab Eccleſia indicta parui pendũtur,beatę virginis Marię,& ſanctorum aliorũ pro ludibrio habẽtur ſuffragia, virginitas ſi coniugio conferatur,nullius eſt aut parui momenti,religionis etiã diſſuadetur omnibus ingreſſus. Itẽ arduę difficileſqꝫ quęſtiones grãmaticulis cõtra per magiſtros in artibus iurata ſtatuta proponũtur,vnde facile in errores prolabi poſſunt:& plurima conſimilia perperam in dicto libro tractantur. Quibus diligenter attentis & perpenſis,poſt maturã deliberationem dictũ fuit & vnanimi omnium conſenſu concluſum,ꝙ prædicti libri lectio omnibus & maxime adoleſcentibus erat prohibẽda:quoniam magis per huiuſmodi lectionem ſub eloquentię acquirendę prætextu iuuentus corrumperetur q̃ inſtitueretur:& ꝙ omnibus mediis debitis eſſet enitendum vt huiuſmodi liber ſupprimeretur & a finibus eliminaretur chriſtianorum. Vt autem cunctis perſpicuũ fiat q̃ iuſtum ſit hoc noſtrum iudicium,rationiqꝫ ac pietati conſentaneũ, ſtatuimus illa ſubiungere quę de iſtiuſmodi dialogorum libro per nonnullos noſtrũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad id ſpecialiter commiſſas iuſſimus annotari,decerpi & tranſcribi:quę & nos maturius perpenſa mouerunt.In eorum autem editione modo & forma ſubſequentibus ſignati loci in dialogis ſingulis ad voluminis nobis a conquirentibus oblati,& quale tunc in hac ciuitate pariſienſi paſſim in manibus erat,paginas ſunt referendi.

# SVBSEQVVNTVR

nonnulla erronea ſcandaloſa ac impia,quæ continentur in libro qui dicitur Familiarium colloquiorum , opus ab authore Deſiderio Eraſmo Roterodamo recognitum Anno domini Milleſimo quingenteſimoviceſimoſexto. In quo tanq̃ ethnicus homo,author illius,religionem Chriſtianam & ſanctas eius ceremonias & obſeruationes ridet,ſubſannat,carpit,lacerat , & mutandas decernit.

IN dialogo de valetudine aduerſa,impudenter primo ridet deuotionẽ quã habet populus ad ſacræ religionis habitus : innuitq; ꝙ tantum valeat morbis curandis pallium lenonis,quãtum valet cucula religionis. Hoc habet pagina.xvi.circa medium,ibi. Sunt qui tecti cucula dominicali &c.

Rurſum nulli ſancto pro morbo curando vult votum nuncupari.Hoc videre eſt pagina eadem ſcilicet.xvi.Paulo poſt:ibi.Alii morbo leuati nuncupant alicui diuo,votis &c.

In dialogo de viſendo loca ſacra ridet votum Hieroſolymitanum,mentiens omnia quæ videntur Hieroſolymis commentitia eſſe & excogitata ad alliciendos ſimplices & incredulos.Hoc habet pagina.xxxi.paulo poſt medium:ibi.Et ne illic quid tu putes ſpectatu dignum &c.

In dialogo,qui dicitur Confeſſio militis,irreuerentius ac impudentius loquitur de confeſſione ſacramentali:hoc videre eſt pagina.xlii.in principio,ibi.Quẽ tibi ſacerdotem deliges?Reſpondet alius:Cui cognouero q̃ minimum eſſe frõtis & bonæ mentis.

In dialogo qui inſcribitur pietas puerilis:cenſet in primis peccatũ graue non eſſe tranſgredi conſtitutiones eccleſiaſticas,niſi accedat cõtemptus malitioſus. Hoc patet pagina.lxvii.poſt medium,ibi.Neq; vero protinus arbitror eſſe piaculum quod admittitur aduerſus conſtitutiones humanas niſi cõtemptus acceſſerit malitioſus.

Deinde innuit confiteri ſoli deo ſufficere,ſi non aliud eccleſia ordinaſſet:hoc patet pagina:lxvi.in fine:ibi.Sed illi confiteor qui ſolus &c.

Poſt hæc repræhendit modum diſputandi theologorum:non intelligens nõ propterea theologos non vacillare in fide , quia quæſtiones de iis faciunt quæ ad fidẽ ſpectant.Non enim per huiuſmodi quæſtiones de fide dubitant,ſed per eas fides explicatur apertius.Is error habetur pagina.lxx.circa medium:ibi.Cõplures abſtinent a theologia ꝙ vereantur ne vacillent in fide catholica,cum videant nihil non vocari in quæſtionem.

In dialogo qui dicitur conuiuium prophanum , abſtinentiam a carnibus ab



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eccleſia indictam carpit,quaſi illa aduerſetur euangelicæ libertati:cũ tamẽ nõ
aduerſetur,ſed error ſit Aerianorũ ita ſẽtire.Quod facit pagina dicti libri.cvii.
ante medium:ibi,Charitas omnia ſuffert.

Et pagina.ciiii.circa mediũ,ibi. At mihi videtᷣ minꝰ oneris oli ĩpoſitũ Iudęis.
Et ĩ eadẽ pagĩa ãte mediũ,ibi.Minꝰ ãguẽ odi ꝙ piſces.Aliꝰ rñdet.At nõ tu ſolꝰ.

Sequitur,Quis hoc tedii nobis inuexit?Multa ibidẽ proponũtur cõtra huiu
ſmodi abſtinentiã a carnibus. Concludit bonum eſſe vt auferatur huiuſmodi
abſtinentia:quod patet in fine paginę.cvii.ibi,Si ſummus eſſem pontifex:& in
fine paginæ.cvii.

In dialogo qui inſcribitur,cõuiuiũ religioſũ,Primo vult ꝙ hęc oĩa,delectus ci
borũ,veſtitus pręſcriptus,ieiuniũ,ſacrificium,preces veluti penſum abſolutę:&
quies diei feſti,ſunt affinia Iudaiſmo:quę ſentẽtia apprime a Luthero probatur.
Hoc moſtrat pagina.cxlviii.ante medium:ibi.Victimas appellari puto &c.

Secũdo cõformiter ad Beguardos,vult ꝑfectos nõ teneri ſeruare leges eccle-
ſiaſticas:neqꝫ debere cõpelli ad illas ſeruãdas:quia, Spiritualis oĩa diiudicat,ipe
vero a nemĩe iudicatur.Hoc habet pagĩa.cxliii.ibi. Rex ĩtelligi põt vir ꝑfectꝰ.

Tertio iterum taxat abſtinentiam a carnibus.Hoc videre eſt pagina.cli.poſt
medium,ibi:Licet igitur veſci quibuſlibet cibis &c.

Quarto prætendit ꝙ vulgus Chriſtianorum totam ſuam ſalutem in ceremo
niis,baptiſmo,exorciſmo,catheciſmo,ſale,aqua cõſtituit,& maxime fidit vnctio
ni,confeſſioni,confirmationi,euchariſtię,matrimonio,ſacro ordini,quaſi videli-
cet Chriſtiani per ſola ſacramenta ſperent ſaluari ſine adimpletione pręceptorũ
dei:quod nullus catholicorum dicit doctorum : immo oppoſitum credere do-
centur ſimplices. Hoc pagina. CLX.monſtratur ante medium,ibi.Si vulgus
Chriſtianorũ ſpectes,proram & puppim ſuæ ſalutis &c. Et in fine paginę pre-
cedentis videlicet.clix.contra ceremonias loquens dicit: Non mirum eſt eos ſic
mori qui per omnem vitam in ceremoniis philoſophati ſunt.

Quinto peccatum eſſe mortale indicat ornare templa,dicare monaſteria,hoc
videre eſt.pagina.clxiii.ante medium,ibi.Vnde mihi videtur vix excuſari poſſe
a peccato mortali qui ſumptibus immodicis aut extruunt aut ornãt monaſte-
ria ſeu templa,cum interim viua Chriſti templa &c.

In dialogo qui inſcribitur Apotheoſis,Capniõ ſeu Reuchlin exceſſiue cõmẽ-
dat dũ ipſũ cõfert ĩ gloria cũ diuo Hieronymo:& abſqꝫ ſedis apoſtolicę autho
ritate eũ adſcribit catalogo ſanctorũ:eiqꝫ orationẽ,quę collecta appellatur,aſſi
gnat:quę facienda nõ ſunt per iocũ.In diuos enim(vt alibi dicit)per iocũ lude
re,nec pium eſt nec tutum:ioci alia petenda eſt materia.Primũ tamen horũ ha
betur pagina.clxxxii.circa medium,ibi. Hieronymus Reuchlinum hiſce ver
bis compellabat:Salue collega ſanctiſſime. Secũdũ habetur pagina. clxxxiiii.
Paulo poſt medium,ibi.Quid igitur ſupereſt,niſi vt ſanctiſſimi viri nomen ad-
ſcribamus Calendario ſanctorũ?Tertiũ habetur pagina.clxxxvi.circa medium
ibi.Amator humani generis deus.qui donum linguarum &c.

Nec recte pagina.clxxxv.ante mediũ dicit Pium ſecundum in diuarũ nu-
merum retuliſſe Catarinam Senenſem in gratiam ordinis & vrbis.

In dialogo qui dicitur Proci & Puellæ , multis exemplis perſuadere nititur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

coniugium præferendum virginitati. In quo Iouinianum ſectatur,ſi non potius ſuperaret illum. Hoc patet pagina. CXCVI.in principio:ibi. Interit,perit virginitas &c. Et in fine paginæ eiuſdem inquit,Elegans quidem rex puella virgo:ſed quid prodigioſius anu virgine?

Secundo docet acquiri virginitatem per actus carnales : quod vereretur dicere Epicurus. Hoc habet pagina.cxcvii.ante medium,ibi.Quid ego audio? violanda virginitas vt diſcatur?

Tertio pręfert caſtitatẽ cõiugalẽ caſtitati ſacerdotũ & religioſorũ.Hoc patet eadẽ pagina.cxcvii.poſt mediũ:ibi.Atqui voto aſtricti abiurãt matrimoniũ &c.

In dialogo Euboli & Catarinę ſtatũ religionis maxime vituperat,ſecutus Lãperiũ:multa de eo proponendo.Primo carbones illũ appellat,& matrimonium theſaurũ.Hoc patet pagina.cciiii.in principio:ibi. Hem ꝑ theſauro carbones.

Secundo ingredi religionẽ inuitis parentibus,dicit eſſe cõtra legẽ naturalẽ & diuinã. Hoc patet pagina.ccviii.Paulo poſt mediũ:ibi.Natura dictat,deus approbat.Paulus hortatur,humanæ leges ſanciũt,vt filii obediant parẽtibus,&c.

Tertio vocat nouã ſeruitutem ſtatum religionis. Hoc habet pagina. CCIX. ibi. At inuentum eſt,ſub prætextu religionis nouum ſeruitutis genus.

Quarto doctrinam docentem ingreſſum religionis,vocat phariſaicã & contrariam doctrinæ apoſtoli. Hoc patet pagina.CCIX.poſt medium:ibi.Iſta vero doctrina phariſaica eſt,Paulus contra docet,vt qui liber &c.

Quinto hoſtiliter inſectatur religionẽ. Hoc patet pagina.ccx.poſt principiũ, ibi. In negocio pietatis ceſſãt naturę leges.Negociũ pietatis agit̃ in baptiſmo: hic tm̃ agitur de veſte mutãda,deq; genere vitę,q̃d per ſe neq; bonũ neq; malũ.

Sexto aſſerit æque bene ſeruari obediẽtiã,paupertatẽ & caſtitatẽ in domo parentũ ſicut in religione. Hoc patet pagina.ccx.circa finẽ:ibi.Iactant obediẽtiã: num ea laus tibi deerit ſi obedis parentibus tuis,quibus iubet obediri,&c.

Septio aſſerit,ceremõias religiõis nihil facere ad pietatẽ:neq; queq̃ cõmẽdare oculis Chriſti.Hoc habet pagia.ccxi.in pricipio:ibi.Quid igitur ſupeſt?Velũ linea veſtis,ex intima verſa in extimã:ceremonię quedã,quę nihil faciũt ad pietatẽ.

Octauo cõtẽdit ingreſſũ religionis inuitis parẽtibus,eſſe illicitũ.Hoc patet pagina.ccxi.circa mediũ,ibi.Quę eſt igitur iſta noua religio quę facit irritũ q̃d & naturæ lex ſanxit & vetus lex docuit,& euangelica lex comprobauit?&c.

Nono eadẽ pagina paulo poſt prædicta verba dicit.Iſtud decretũ ſcilicet ingreſſus religionis inuitis parentibus,non eſt a deo proditum,ſed in monachorũ ſenatu repertũ.Tandẽ ridẽdo petit ſibi aſſignari locũ ſcripturę ſacrę a theologis,quo doceatur inſtitutũ religionis:cũ multa illic eſſe ſatis exploratum ſit. Hoc habet pagina.ccxii. Paulo poſt principium:ibi. Ab iſtis igitur theologis exige vt proferant aliquem e ſacris libris locum qui hoc doceat.

In dialogo qui dicitur Virgo,penitus increpat inducentes ad religionẽ.Hoc patet pagina.ccxiiii.circa finem,ibi. O improbitatem ſtolidorum &c. Idem facit pagina. CCXIIII. circa finem,ibi. O ſcitos hiſtriones,vt norunt agere ſuas fabulas ſimplici populo?

Præterea reſilientem a religione commendat tanquam bene egerit ꝙ in religione non permanſerit. Hoc patet pagina. CCXV. circa finem, ibi. Bene

habet ꝙ mature reſilieris prius quàm ſeruitutem æternam eſſes profeſſa.

In dialogo militis & Carthuſiani ceremonias religionis minimi facit, & ab il-lis omnem fidutiam aufert. Id videre eſt pagina. CCXXXVI. in fine: ibi. In veſte, cibo, poculis cęteriſque ceremoniis &c. Et pagina. CCXXXVII. in prin cipio: ibi. Quid alii faciant non eſt meum iudicare: ego his rebus nequaꝗ confi-do, minimũque tribuo. Et eadem pagina paulo poſt, Raſum caput & veſtis co-lor non commendat me deo.

In dialogo qui dicitur naufragium impie titulos quos Eccleſiæ recte tribuit beatæ virgini Mariæ eidem detrahendos cenſet. Hoc videre eſt pagina. ccxviii. in principio: ibi, Nautæ canentes, Salue regina, implorabant matrem virginẽ, appellantes eã ſtellã maris, reginã cæli, dominã mundi, portumq; ſalutis: aliiſq; multis titulis illi blãdientes, quos nuſꝗ illi tribuũt ſacrę literę. Hoc falſum eſt cũ ſacræ literę eã matrẽ dei appellent, vnde illi tituli omnes clare deducuntur.

Deinde ibidem irreuerenter de eadem beata virgine loquitur, comparando eã Veneri, & faciendo illi ſuccedere in agenda cura nautarum. Vnde ait ibidem poſt præmiſſa verba. Quid illi cum mari, quæ nunquàm (opinor) nauigauit? Olim Venus agebat curam nautarum. Sequitur. Et quoniã deſiit curare, ſuffe cta huic matri non virgini, virgo mater.

Reprobat inſuper prolixius vota fieri ſanctis. Hoc patet in fine ſupradictę pa ginæ: ibi. Nulli diuorum nuncupabas vota? Reſpondet alter in principio pagi nę ſequẽtis: nequaꝗ: & cauſã dicti ſui addẽs quia nõ paciſcor (inquit) cũ diuis.

Reprębendit item ſubſidium implorare ſanctorum in ſua neceſſitate. Hoc pa tet pagina. CCL. Paulo poſt principium, ibi. At implorabas alicuius diui pręſi-dium? Reſpondet alter. Ne id quidẽ: & dat rationẽ: quia ſpatioſum eſt cęlũ &c.

Præterea ridet inuocare ſanctum cuius nomen ſit ignotum. Hoc patet pagi-na. CCLI. circa finem: ibi. Si nomine compellaſſes eum, audiſſet.

Addit inſuper riſum ſuper religioſo Dominicano, qui vt ſe ſeruaret, depoſuit cuculam, dicens depoſita cucula, non potuiſſe agnoſci a diua Catarina Senen-ſi? Hoc patet pagina. CCLIII. in fine: ibi. Quid autem de Dominicano? Et pagi na. CCLIIII. in principio: ibi. Melius enataſſet ſi non dimiſiſſet ſacram cuculam. ea depoſita qui potuit illum agnoſcere Catarina Senenſis?

In dialogo qui dicitur, inquiſitio de fide, arduas fidei quæſtiones & periculo-ſas ſimplicibus & pueris contra iuris diſpoſitionem proponit, nonnullos anne-ctens errores: Quorum primus eſt, ꝙ patri in diuinis conueniat authoritas quæ non conuenit filio: qui ponitur pagina. CCXCIII. ibi, Cur igitur ſacræ literę fi-lium magis appellant dominum quàm deum? Reſpondetur: quia deus nomen eſt authoritatis, quæ patri conuenit. Quod falſum eſt: non enim hoc nomen deus vllam dicit authoritatem propter quam non æqualiter competat omni-bus perſonis. Atq; indifferenter vocatur filius deus ſicut & pater, etiam in ſan-ctis ſcripturis: Ioannis primo, Et deus erat verbum. Et Ioannis vltimo: dominus meus & deus meus. Et aliis multis locis.

Secundus error eſt ꝙ in humanitate Chriſti, in beata virgine atque ſanctis, non ſit collocanda fidutia ſub deo, vario tamen gradu. Qui ponitur in prędicta pagina. CCXCIII. his verbis. Ergo & in Ieſu collocas tuam fidutiam? Quid

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ni? Paucis tamen interpoſitis ſequitur: Q̃ q̃ nec in hoc fiduciæ ſpeique meæ ſacram (vt aiunt) anchoram figerem, ni deus eſſet.

Tertius error ſcriptus pagina. CCXCVIII. Quid igitur prohibet ſpiritum ſanctum appellari filium? B. Quia nuſquàm lego genitum hunc, nec huius lego patrem. Erronea eſt iſta reſponſio. Non enim propterea ſpiritusſanctus, nõ appellatur filius, quia non legitur, ſed propter proprietatem emanationis eius: ratione cuius repugnat eum vocare filium ante omnem ſcripturam.

Quartus error quo dicit non credendum in ſanctam eccleſiam, pagina eadẽ. CCXCVIII. & CCXCIX. his verbis. Credis in ſanctam Eccleſiam. B. Non. Et rurſum. Cur horres dicere, Credo in ſanctam Eccleſiam? &c. Cum autem catholici doctores ſenſum reddant illius propoſitionis, Credo in ſanctam Eccleſiam, & multę eccleſię ita decantent, temerarie aſſeritur non recte dici.

Quintus error eſt quo dicit malos non eſſe de eccleſia, quæ non conſtat niſi de bonis. Qui error euãgelicæ doctrinæ aduerſatur. Et ponitur pagina. ccxcix. circa principium, ibi. Ab Eccleſiæ conſortio ſeparatur quiſquis admittit crimẽ letale. Et paulo poſt. Eccleſia non conſtat niſi ex bonis.

Sextus error eſt pagina. CCC. in principio his verbis. Extra eccleſiam non eſt vlla peccatorum remiſſio. Et conſtat ꝙ capiendo Eccleſiam, vt prius cepit, vt explicat, hoc falſum eſſe: cum in Eccleſia hæreticorum detur verum baptiſma paruulis. Etiam per pœnitentiam aſſequitur quis peccatorum remiſſionem: & fit de eccleſia dicto modo.

In dialogo Franciſcani prætendit conuenientius eſſe ꝙ religioſi non differãt veſtimentis a cæteris hominibus. Hoc habet pagina. CCCXXXV. in principio: ibi. Quid ſentias vtrum exiſtimes ſatius, monachos a cæteris cultu nõ differre? Reſpondet alter. Equidem arbitror ſimplicius & chriſtianius &c.

Eadẽ pagina poſt mediũ: innuit varietatẽ veſtiũ in religiõe inductã eſſe ex ſuperſtitione, ibi. Poſteriores additis quibuſdã rem verterũt in ſuperſtitionẽ: &c.

Modum præterea honeſtum quo habitu differunt ab aliis, Iuriſperiti, Iudices aut doctores carpit. Hoc videre eſt pagina. CCCXXXI. in principio: ibi. Itaque mihi ſtultiſſimum videtur ſapientiam profiteri veſte.

In dialogo qui inſcribitur peregrinatio religionis ergo: epiſtolam ſub nomine beatæ Mariæ virginis confingit ridiculam quidem, ſed blaſphemiæ proximam, qua ſe lętari beata virgo dicit ꝙ Lutherum ſecutus quiſpiam ſuaderet ſuperuacaneum, diuos inuocare, ꝙ inde magna deinceps moleſtia leuaretur. Minatur item ſi ſanctos deſerant homines ſuis armis ſe ab eorum iniuria vindicaturam. Hoc habet pagina. CCCCXXVI.

Et pagina. CCCCXXIX. carpit ꝙ in eccleſia ſint tot baptiſteria, tot candelabra, tot ſtatuę aureę, tot organa, tot cõcẽtus muſici, immẽſi ſũpt9. Hoc patet pagina. ccccl v. in principio: ibi. Sed quorſũ attinet tot baptiſteria &c. Nihilominꝰ tñ hęc oĩa pertinẽt ad honorẽ & cultũ dei: nec ꝓpterea pauperes deſerũtur.

Nõ vult ſoleas & calceos ſanctorũ populũ exoſculari: quod tñ bene fit. Id indicat pagina. ccccl x. in principio: ibi. Cęterũ impudens eſt, calceos, ſoleas & ſubligaria oſculo obtrudere. Sequit͛. Pręſtabat iſta nõ fieri, ne quid diſſimulẽ &c.

In dialogo lanionis & ſalſamẽtarii, ciborum delectum dicit abrogatũ diuina

& apoſtolica ſententia. Hac patet pagina. CCCCLXXII. Paulo poſt medium: ibi. Ciborum delectũ non exemplo quidem, ſed ſententia ſua abrogauit dñs &c.

Ceremonias etiam Eccleſiæ in ieiunio, in abſtinẽtia a carnibus, diuerſitate veſtium, raſura capitis, & quibuſdam aliis, taxare videtur: necnon & obligationem baptiſmi, confeſſionis, matrimonii. Hoc patet pagina. CCCCLXXV. a principio vſque ad finem. Cæterum excuſat quę dicit in præſcripta pagina: & hoc pagina. CCCCLXXVI. in principio, ibi: Erras tota via Lanio &c. Verum poſtea cenſet immutandas conſtitutiones & ceremonias Eccleſiæ, quas carnales appellat. Id liquet pagina. CCCCLXXVII. Paulo poſt principium: ibi. Satis quidem craſſe diſſeris. Atqui mihi videtur & hodie non minus eſſe cauſarum cur obſeruationes iſtę carnales hactenus tolli debeant, vt arbitrariæ ſint non obligatorię. Et paulo poſt, pagina. CCCCLXXVII. poſt medium, ibi. Cum igitur tam ampla ſit meſſis, videtur hoc conſultiſſimum ad religionem Chriſtianam propagandam, vt quemadmodum apoſtoli ſuſtulerunt onus legis Moſaicę, ne gentes reſilirent: ita nunc ad illiciendos etiam imbecilles, tolli quarũdam rerum obligationes, ſine quibus ab initio ſeruatus eſt orbis & nunc ſeruari poſſit, modo aſſit fides & charitas euangelica. Idem proſequitur ferme tota pagina. CCCCLXXVIII. præſertim vſq; ad illam partem, Extra Eccleſiæ domum non eſt ſalus.

CENSVRA.

Hoc autem conſilium impium eſt & pernicioſum, nec minus arrogans. Conſilium inquam ex damnata Vvitcleui ſimul & Lutheri doctrina depromptum ad eneruationem Chriſtianæ tendens religionis: & totius eccleſiaſticæ diſciplinæ. Nec verum eſt ꝙ ex huiuſmodi abrogatione imbecilles illicerentur immo potius auocarentur hinc magis a Chriſtiana religione & retraherentur. Et certum eſt ſpiritu ſancto ſuggerente, conformiter ad ſanam ſcripturarum intelligentiam hæc fuiſſe inſtituta: & ex traditione Apoſtolorum multa, tum ad reuerentius & ſanctius celebranda diuina myſteria, tum ad ſyncериorem Chriſtianæ religionis obſeruationem: quorum multa etiam exploratum eſt eſſe de iure diuino, quod immutabile eſt, & ſemper idem: aut in ſanctis ſcripturis traditum eſt, aut ex traditione Apoſtolorum per continuas ſucceſſiones ad noſuſq; deductum eſt. Nec eſt conſimilis ratio de onere legis Moſaicæ, quam & prophetæ & apoſtoli ſpiritu dei inſpirati ſenſerunt abrogandam: & de iis quę voluit in eccleſia ſpirituſſanctus pro ſua felici directione vſque ad conſummatiõe ſeculi perſeuerare: quod inde patet quia quotquot talia attentauerunt immutare, mox ab Eccleſia, quæ ſemper ſpiritu dei regitur, damnati ſunt & reiecti: vt Aerius, Vigilantius, Lamperius, Iouinianus, Valdenſes, Albigenſes. Vvitcleuiſtæ: & demum Lutherani & alii non pauci.

Hæreticum itaq; eſt & blaſphemum huiuſmodi peruerſum conſilium.

In eodem dialogo Lanionis & ſalſamentarii multa alia ponit eidem ſententię conformia, vt pagina. CCCCXCIX. ante medium: ibi. Verum vbi interim illa libertas ſpiritus quam promittunt apoſtoli &c.

Idem indicat & pagina. DI. poſt medium: ibi. Mundus plenus eſt phariſaicis hominibus &c. Pagina item. CCCCXCVIII. circa principium, ibi: Poſtremo cum leges hominum, quæ fere corporalia præſcribunt, pædagogi ſint ad pieta

tem,ceſſare videntur, vbi quis profecit ad ſpiritus robur. Hic rurſus errorem Beguardorum inſtaurare contendit:quaſi eo conſenſu Pædagogi ſint appellandæ conſtitutiones & cærimoniæ eccleſiæ,quo appellat Paulus pedagogum veterem legē ac eius ceremonias. Aegre fert deniq; author huius dialogi ꝙ plus puniantur in Eccleſia minora peccata q̃ grauiora. Nec attendit id rationabiliter fieri in republica ad conſeruationem eiuſdem. Id patet pagina. DII.circa finem:ibi. Itidem videmus multos tantum fidere corporalibus ceremoniis &c. Et ſimiliter pagina.DIII.quaſi tota. Idem facit pagina.DVIII.circa finem:ibi. Iam in ipſo ieiunii præſcripto cũ duo ſint &c. Idem proſequitur paginis.DIX. DXX. DXXI. DXXII. & DXXIII. Fidutiam in ſanctos carpit pagina. DXXIIII.non attendens ꝙ omnis cultus & fidutia quæ ſanctis exhibetur.primo & principaliter deo exhibeatur:& illis ſub deo & propter deum.

In dialogo qui dicitur funus,minus recte videtur ſentire author de fundatione obituum,& de precibus pro defunctis exoluendis.Nam infirmum introducit parum iſta curantem,immo reſpuentem,ſi non eſſet ſcandalum.Id videre eſt pagina.DXLVI.circa finem:ibi. Si me vel vno funebri ſacro dignaberis plus ſatis erit:aut ſiquid aliud eſt,quod ob publicam Eccleſiæ conſuetudinem citra ſcandalum infirmorum omitti vix poteſt,id tuo permitto arbitrio. Sequitur. Nec eſt animus cuiuſpiam preces vel cõmercari,vel meritis ſuis ſpoliare. Hæc dicuntur quaſi fundantes obitus,preces aliorum cõmercentur,aut meritis ſuis ſpolientr:quod aſſerere,erroneum eſt & impium. Pagina autem ſequenti quæ eſt.547. Videtur omnem ſatiſſactionem peculiarem pro defunctis reſpuere:ſolam communem probans cum merito Chriſti:& hoc a principio paginæ.

## CONCLVSIO determinationis præſcriptę.

CVm igitur in iſtis dialogis pernicioſe Eraſmus eloquentiam ſuam conuertat ad inſtaurandos, & quodammodo puerorum,præceptorum eorundem & quorumcunq; lectorum ingeniis inſtillãdos damnatos errores Aerianorum, Vvitcleuiſtarum,Iouinianiſtarum,Lamperianorum, Valdenſium, Beguardorum,Lutheranorum,& aliorum multorum hæreticorum:ſi ſancte & chriſtiane imbuenda eſt non modo puerilis ætas,verum etiam prouecta,& ab omni impietate atque blaſphemia maxime propellenda & auocanda,enitendum eſt ne vlli tales libri manibus teneantur puerorum aut quorumcunque Chriſtianorum lectorũ : ne huiuſmodi venena vbi lectores imbiberint,a chriſtiana omnino religione reddantur alieni.

## FINIS.

Sub Prelo Aſcenſiano ad nonas Iulias Anno.M.D.XXXI.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# DETERMINATIO

THEOLOGICAE Facultatis Pariſienſis ſuper Doctrina Lutherana hactenus per eam viſa.

## DECANVS ET FACVLTAS THEOLOGIAE GENERALIS Scholę Pariſienſis omnibus Chriſtifidelibus cum ſyncero catholicæ veritatis amore, Salutem.



PAulus ille vas electionis, Euãgelicuſq; tubicen, & gentiũ doctor, Timotheũ inſtituens, vt curet ſeipſum operariũ inconfuſibilem & probatum exhibere deo, recteq; tractantem verbum veritatis, prophana hortatur & vaniloquia deuitare: quoniam hæc multum proficiunt ad impietatẽ. Nã ſi ſemel recepta fuerint, mox ſerpet venenũ, & obſoleſcet catholicæ doctrinæ vigor. Siquidem hæreticorũ ſermo ſi animos aliquãdo ſimplicium occuparit, ſemper latius diffundetur: eoſq; fallacibus errorũ inuolucris, quaſi tenaci viſco inuoluens: ſenſim a veritate ad impietatem nimiã deturbabit: & perinde ac cancer morbus ſerpet: qui vbi corpus viuentis attigerit, non deſinit paulatim vicinas occupare partes, donec intulerit exitiũ. Pleraſq; huiuſce rei exempla recenſere perfacile eſt. Nam cũ adhuc in adoleſcentia ſua eccleſia Chriſti ſponſa florere cœpiſſet: ſurrexere viri mendaces & impii, qui a veritate excidẽtes, fidẽ illius ſubuertere molirentur: quales fuerunt, Hermogenes, Philetus, Hymeneus, & poſt illos Ebion, Marcion, Apelles, deinde Sabellius, Manicheus, Arrius. Seneſcẽte vero eadẽ & paulo ante tẽpora noſtra, Valdo, Vvitclef, & Ioãnes Hus. Hac etiã tẽpeſtate, de ꝓgenie illa viperarũ ſuborti ſunt: prohdolor filii nequã: qui ſpecioſę matris non habẽtis maculã neq; rugã, vnionis vinculũ ſchiſmatice diſcindere conantur: vere ſimiles viperulis. vt enim illæ corroſis matrũ viſceribus non exeunt priuſq̃ eas extinxerint: ita hi parentẽ eccleſiã exitiali ſuorũ dogmatũ peſtilẽtiq; veneno, multiplici nouarũ inuentionũ fœtura, dũ iuuare videntur & venerari (licet inextinguibilẽ) potius tamen quantum in ſe eſt interimunt: non ferentes cum ipſi ſint, & ancillæ filii, & illegitimi: immo diaboli genimina, matris eccleſiæ liberos legitimoſque filios, niſi eos ſuis peſtiferis doctrinis inficiant, & venenatis iaculis contorqueant: ſatagentes ſpeciẽ matris ac decorẽ temerare & contaminare. Cuius tamẽ facies ſemper eſt & erit gratiarũ plena, ſplẽdidiſſimuſq; ornatus. Ipſa enim veluti Regina a dextris ſponſi ſui in veſtitu aſtat deaurato circũdata varietate, Legũ, ceremoniarũ, ſacramẽtorũ, & bonorũ omniũ ad pręſentẽ vitã futurãq; cõducentiũ. Hinc virulẽtis ſuis ſcriptis & ſermonibus illã lacerare nõ ceſſant, & ꝑ viribus deturpare ſatagũt. Inter quos vnus vel pręcipuus exiſtit quidã Martinꝰ Luther, quãtũ ex ſcriptis cõpluribus eius nomine diuulgatis coniectare licet, ſi modo

titulo credendum eſt. Ipſe enim prænominatorum hæreticorum dogmata (inſtar præuaricatoris Ahiel qui contra Ioſue imprecationem reædificauit Hierico) inſtaurare ſtudet & noua confingere: qui cum ad ſobrietatem ſapere minime didicerit, plus vnus ſapere præſumit q̄ cęteri omnes qui in eccleſia ſunt aut fuerūt. Omnium nempe vniuerſitatum ſcholis ſuum auſus eſt pręferre iudiciū: priſcorum quoq; vel ſanctorum doctorum eccleſiæ ſententias contemnit: &, vt ad impietatis cumulum addat, ſacrorum ſanctiones conciliorum eneruare contendit, quaſi ſcilicet ad fidelium ſalutem neceſſaria Luthero ſoli deus reſeruarit, quę pręteritis ſęculis neſciuit eccleſia, & ad hæc vſq; tempora in tenebris & errorum cęcitate ſuam ſponſam Chriſtus dimiſerit. O impiam & inuerecundam arrogantiam? vinculis, cenſuris, immo ignibus & flammis coercendam potius q̄ ratione conuincendam? Nonne enim qui ita ſentit & ſcribit prima fidei principia abnegat, & impietatem palam profitetur? Nonne impium ſe prodit & infidelem quiſquis orthodoxę fidei, ſanctis eccleſiæ doctoribus, ac ſacris conciliis credere dedignatur? Is nempe cui credet qui catholicę eccleſiæ fidē habere detrectat? Aut quomodo catholicis aſcribetur, qui eccleſiam nō audit? cum ex ore veritatis dictum ſit: Si eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Porro iſta eſt peculiaris hęreticorum inſania, vt ſcripturas pro voto contorquentes ſeſe eas ſolos credant intelligere, ſolos ſe ad veritatem euangelii putēt ambulare, ſolos ſe & quos falſa religione ſeducunt, ſalutem conſequi arbitrentur, nec cuiuſcunq; doctoris quantūuis ſancti aut eruditi, ſed nec ipſius eccleſiæ authoritatem ſuſcipere velint contra eam quam ſemel ſibi præfixerint ſcripturarum intelligentiā. Hoc comprobat inſanus Montanus cū ſuis Priſca & Maximilla, ſancti ſpiritus aduentum in ſe completum impiiſſime credens magis q̄ in apoſtolis. Hoc & impius Manicheus, qui vanitate Luciferi ſeductus vſq; adeo delirauit, vt ſe ſpiritum ſanctum a Chriſto miſſum aſſereret. Hoc item Secundinus eiuſdem Manichei diſcipulus, qui Auguſtinum & catholicos cæteros errare confidenter aſſeuerans, quaſi eidem condolens Auguſtino ſcripſit ſe nō inuenire quidnam ante æterni iudicis tribunal poſitus, deſerto Manicheo, reſpondere valeret. Mos nempe iſte eſt hęreticorum. At vero dum eccleſiā audire nolunt, nec ferunt ſuaui chriſtianæ diſciplinæ iugo colla ſubmittere, illudentibus ſibi ſpiritibus mendacii & erroris, in manifeſtos corruūt errores, & pro fide execrandas profitentur blaſphemias: quod Luther ipſe ſeu author quiſquis eſt opuſculorum illius editorum nomine, luce clarius demonſtrat: qui dum eccleſiæ & ſanctorum patrum ſalutaria reſpuit documenta, & hęreſiarcha factus eſt & virulentus veterum hæreſum innouator. De libero nanq; arbitrio diſſerens Manicheos ſequitur: de contritione & iis quę eam pręcedunt, Huſſitas: Vvitcleuiſtas vero de confeſſione: de pręceptis Beguardos. Catharos de punitione hęreticorum: de immunitate eccleſiaſticorum & euangelicis conſiliis Valdenſes & Bohemos: de iuramento, conſentit hęreticis qui ſe iactitant de ordine apoſtolorum: de obſeruatione legalium, Ebionitarum hæreſi propinquat. Cęterum de ſacramētali abſolutione, ſatiſfactione, præparatione ad euchariſtiam, ſcripturas non aduertens ſed peruertens, item de peccatis, de pœnis purgatorii, de generalibus conciliis, non ferendos diſſeminat errores. Sed & de philoſophiæ præcla-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ris inſtitutis perperā loquitur ignarus, ſicut de poteſtate eccleſiaſtica, & de indulgētiis multa. Nec tam peſtiferam doctrinam euomuiſſe contentus, librum inſuper edidit, ſi titulo creditur, cui de captiuitate Babylonica nomen indidit, vſqueadeo variis reſperſum erroribus, vt iure cum Alchorano conferri mereatur. In eo ſiquidem extinctas hæreſes & funditus extirpatas, quarum ne veſtigia quidē vlla reſtabant, ſuper his præſertim quæ ad ſacramenta eccleſiæ ſpectāt, ſuſcitare, ac in lucem reuocare totis animi viribus contendit. Scriptor quicunqꝫ is eſt eccleſiæ nimirum Chriſti hoſtis pernicioſus & antiquarum blaſphemiarum inſtaurator execrandus. Bohemorum nanque, Albigenſium, Valdenſium, Heracleonitarum, Pepucianorum, Aerianorum, Leperianorum, Iouinianiſtarū, Artotyritarum, cæterorumqꝫ id genus monſtrorum inſaniæ, per auctorē in eodem comprobantur libro, commendantur extolluntur. Quare noſtrę profeſſionis eſſe agnoſcentes huiuſmodi pullulantibus peſtiferis erroribus magiſque ac magis in dies excreſcentibus toto conatu obuiare, quid tandem nobis de huiuſmodi doctrina viſum ſit plane aperire voluimus, & noſtram ſuper ea ſentētiam chriſtianis omnibus publicare: ne, quod abſit, eliminata iam pridem tam multiplex impietas quantum in nobis eſt, vlterius ſerpat: & doctrina fallax a patre mendacii exorta fidelem inficiat populum dei.

Sollicitius itaqꝫ per nos examinata ac maturius vniuerſa doctrina Lutheriano aſcripta nomini, & ad plenum diſcuſſa, execrandis illā erroribus ſcatere certo depræhendimus & iudicauimus, fidem potiſſimum contingentibus & mores. Q̃qꝫ ſimplicis populi ſeductiua ſit, omnibus doctoribus iniuria, poteſtati eccleſiæ & ordini Hierarchico impie derogatiua, aperte ſchiſmatica, ſacrę ſcripturæ aduerſa, & eius deprauatiua, atqꝫ in ſpiritum ſāctum blaſphema: & ideo veluti reipublicæ chriſtianæ pernicioſam cenſemus omnino exterminandam ac palam vltricibus flammis committendam. Authorem vero ad publicam abiurationem modis omnibus iuridicis compellendum.

Vt autem id clarius cunctis innoteſcat aliquot ex pręfatis ſcriptis excerptas propoſitiones ordine quodam digeſſimus, & noſtram cuiqꝫ adiecimus cenſurā patrum noſtrorū morem imitati, qui alienus vtiqꝫ non eſt ab obſeruata per apoſtolos lege definiendi. Propoſito nanqꝫ de legalium obſeruatione dubio, quid ſentirent, ipſi paucis explicauerunt, rationibus (cur ita definirent) nullis ſcripto mandatis: quem modum quoqꝫ decernendi ſacra conſueuerunt tenere concilia. Materię vero per nos diſcuſſæ hæ præſertim quas impræſentiarum edere conſtituimus, ſecundum ſuas inuicem connexiones ſequenti monſtrantur indice.

# INDEX MATERIARVM

ex variis Lutheri libris excerptarum per Theologiæ vniuerſitatis Pariſienſis facultatem. Et primo ex libro de Captiuitate Babylonica.

De Sacramentis. Tit. i. De conſtitutionibus eccleſiæ. Ti. ii.
De operum æqualitate. Tit. iii. De votis. Ti. iiii. De diuina eſſentia. Tit. V.

Materiæ ex aliis eiuſdem Lutheri libris excerptæ.
De conceptione beatæ & glorioſæ virginis. Tit. i.
De contritione. Tit. ii. De confeſſione. Ti. iii. De abſolutione. Ti. iiii.
De ſatiſfactione. Tit. V. De accedentibus ad Euchariſtiam. Tit. vi.
De certitudine charitatis habitæ. Tit. vii. De peccatis. Tit. viii.
De pręceptis. Tit. ix. De conſiliis euangelicis. Tit. x. De purgatorio. Tit. xi.
De conciliis vniuerſalibus eccleſię. Tit. xii. De Spe. Tit. xiii.
De hæreticorum pœna. Ti. xiiii. De legalium obſeruatione & ceſſatione. Ti. xv.
De bello aduerſus Turcas. Tit. xvi. De immunitate eccleſiaſticorum. Tit. xvii.
De libero arbitrio. Tit. xviii. De philoſophia & theologia ſcholaſtica. Tit. xix.

# PROPOSITIONES EX LIbro Lutheri, qui de Captiuitate Babylonica inſcribitur, collectæ: & per theologorum Pariſienſis facultatem damnatę.

De Sacramentis. Tit. i. Propoſitio prima.

Recens eſt inuentio ſacramentorum.
Hæc propoſitio innuens recenter ab hominibus iuenta eſſe ſacraméta & nō a Chriſto inſtituta, eſt temeraria, impia, & manifeſte hæretica. Propoſitio. 2.
Sacramentum ordinis eccleſia Chriſti ignorat.
Hæc propoſitio eſt hæretica: & eſt error pauperum de Lugduno, Albigenſiū, & Vvitcleuiſtarum. Propoſitio Tertia.
Omnes Chriſtiani habent eandem poteſtatem in verbo & ſacramento quocunq; Propoſitio. Quarta.
Claues eccleſiæ ſunt omnibus communes. Quinta.
Omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes.
Quælibet harum trium propoſitionum eſt ordinis Hierarchici deſtructiua & hæretica: & eſt error præfatorum hæreticorum ſimul & Pepucianorū.
Propoſitio Sexta.
Confirmatio & extrema vnctio non ſunt ſacramenta a Chiſto inſtituta.
Hæc propoſitio eſt hæretica: & pro prima parte eſt error Albigenſiū & Vvitcleuiſtarum: pro ſecunda vero Heracleonitarum. Propoſitio Septima.
Miſſa paſſim creditur eſſe ſacrificium quod offertur deo: inde Chriſtus hoſtia altaris dicitur. Sed euangelium non ſinit miſſam eſſe ſacrificium.
Hæc propoſitio quo ad ſecundam partem ſcilicet Sed euangelium &c. eſt impia, in ſacroſanctum euangeliū blaſphema ac hæretica, prout vocabulo miſſa cum Gregorio vtimur. Prepoſitio Octaua.
Manifeſtus eſt error miſſam applicare ſeu offerre pro peccatis, pro ſatiſfactionibus, pro defunctis, aut quibuſcunq; neceſſitatibus ſuis aut aliorum.
Hæc propoſitio eſt in eccleſiam catholicam Chriſti ſponſam contumelioſa & hæretica: & eſt Aerianorum, hæreticorum, & Artotyritarum erroribus conformis. Propoſitio. Nona.
Nō eſt dubiū vniuerſos hodie ſacerdotes & monachos cum epiſcopis & omni-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bus ſuis maioribus eſſe idolatras in ſtatu periculoſiſſimo agentes, ob miſſę ſeu ſacramenti ignorationem, abuſionem & irriſionem.
Hæc propoſitio eſt falſa, maxime ſcandaloſa, vniuerſo eccleſiaſtico ſtatui contu melioſa, arroganter & ſtulte prolata. Et in eo quod prætendit neminem in ſtatu ſalutis eſſe niſi qui huiuſmodi erroribus acquieſcit, cum Donatiſtarum, Aſci tarum, & Apoſtolicorum perfidia conueniens, aſſerentium non niſi apud ſe remanſiſſe ecclesiam dei Propoſitio Decima.
Credo firmiter panem eſſe corpus Chriſti, ait Luther.
Hęc credulitas Lutheri eſt abſurda, hęretica, & olim damnata. Propoſitio XI.
Negare laicis vtranq; ſpeciem eſt impium & tyrannicum.
Hæc propoſitio eſt erronea, ſchiſmatica, impia, & ex damnato errore Bohemo rum elicita. Propoſitio Duodecima.
Bohemi hæretici & ſchiſmatici non ſunt nominandi, ſed Romani.
Hæc propoſitio eſt falſa, perfidiæ bohemicæ impie defenſiua & eccleſiæ Romanæ contumelioſa. Propoſitio. XIII.
Matrimonium non eſt ſacramentum diuinitus inſtitutum, ſed ab hominibus in eccleſia inuentum.
Hæc propoſitio eſt hæretica & olim damnata.

Propoſitio. XIIII.

Coniunctio viri & mulieris tenet quocunq; modo contra leges hominum contigerit. Propoſitio. XV.
Debent ſacerdotes ea omnia matrimonia confirmare quæ contra eccleſiaſticas vel pontificias leges fuerint contracta, in quibus Papa poteſt diſpenſare & quę non ſunt in ſcriptura ſacra expreſſæ.
Vtraq; harum propoſitionum eſt falſa, eccleſiæ poteſtati impie derogatiua, & ex damnato Valdenſium errore procedens.

Propoſitio. XVI.

Tota efficacia ſacramentorum nouæ legis eſt ipſa fides.
Hæc propoſitio eſt efficaciæ ſacramentorum nouæ legis impie derogatiua & hæretica. Propoſitio. XVII.
Quicquid credimus nos accepturos eſſe reuera accipimus, quicquid agat, non agat, ſimulet aut iocetur miniſter.
Hæc propoſitio eſt abſurda, ex erroneo ſcripturæ intellectu aſſerta & hæretica. Propoſitio. XVIII.
Periculoſum immo falſum eſt opinari pœnitentiam eſſe ſecundam tabulã poſt naufragium.
Hæc propoſitio eſt temeraria erronee ac fatue aſſerta, ac beato Hieronymo illam ponenti iniuria, Propoſitio. XIX.
Qui ſponte confeſſus ſiue correptus veniam petierit & emendauerit corã quouis priuatim fratre, non dubito a peccatis ſuis illum eſſe abſolutum.
Hæc propoſitio innuẽs laicos tam viros q̃ mulieres poteſtatem clauium habere, eſt falſa, ſacramentis ordinis & pœnitentiæ contumelioſa, & hæretica, cum errore conueniens Valdenſium & Quintilianorum.

De conſtitutionibus eccleſiæ, Tit. II. Propoſitio Vnica.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De operum æqualitate. Tit. II. Propoſitio Vnica.

OPera nihil ſunt coram deo, aut omnia ſunt æqualia: quantum ad meritum attinet.

Hæc propoſitio eſt falſa, ſacris eloquiis aduerſa, atq; errori Iouinianiſtarum cõformis. De votis. Tit. IIII. Propoſitio. I.

SVadendum vt vota prorſus omnia tollantur, aut vitentur.

Hæc propoſitio eſt Chriſti doctrinæ & ſanctorum patrũ obſeruationi qui vouere conſulunt, contraria, ex errore procedens Lamperianorum, Vvitcleuiſtarum, & eorum qui ſe iactabant de ordine apoſtolorum.

Propoſitio. II.

Probabile eſt vota hodie non valere niſi ad operum iactantiã & pręſumptionẽ. Hæc propoſitio eſt falſa, ſtatui religionis contumelioſa, & præfatis erroribus conſona. De diuina eſſentia & forma corporis humani.

Tit. V. Propoſitio Vnica.

IStis nouiſſimis trecentis annis multa perperam determinata ſunt: quale eſt eſſentiam diuinam nec generari nec generare, & animam eſſe formam ſubſtantialem corporis humani.

Hæc propoſitio eſt falſa, ab homine qui alienus eſt a catholica eccleſia arrogãter aſſerta, ac ſacris conciliis generalibus iniuria.

Propoſitiones excerptę ex aliis Lutheri libris dãnatę vt pręmiſſum eſt.

Et primo de conceptione beatę Marię virginis. Tit. I. Propoſitio. I.

COntradictoria huius propoſitionis, beata virgo eſt concepta ſine peccato originali, non eſt reprobata.

Hæc propoſitio eſt falſa, ignoranter, & impie contra honorem immaculatę virginis aſſerta.

De contritione & iis quæ eam præcedunt.

Tit. II. Propoſitio. I.

LEge manifeſtata aut in memoriam reuocata mox ſequitur augmentũ peccati ſi gratia deſit.

Hæc propoſitio loquendo de gratia gratum faciente, eſt falſa, a recta ſacrę ſcripturæ intelligentia aliena, & a meditatione diuinæ legis retractiua.

Propoſitio. II.

Lex ante charitatem non operatur niſi iram & auget peccatum.

Hæc propoſitio eſt falſa, piarum aurium offenſiua, in deum & eius legem blaſphema, nec intentioni Pauli conformis. Propoſitio. III.

Opera quęcunq; ante charitatem ſunt peccata & damnabilia & indiſponentia ad gratiam.

Hæc propoſitio eſt falſa, temerarie aſſerta, peccatorum ab emendatione retractiua, & ſapiens hæreſim. Propoſitio. IIII.

Qui bonum opus aut pœnitentiam a peccatorum deteſtatione ante dilectionẽ iuſtitiæ incipi, nec in eo peccari aſſerit, inter Pelagianos numerandus eſt.

Hæc propoſitio eſt falſa, & ignoranter aſſerta, capiendo dilectionem iuſtitiæ pro ea quæ charitatem ſeu gratiam gratum facientem ſequitur.

Propoſitio. V.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Contritio quæ paratur per diſcuſſionem,collectionem & deteſtationem pecca-
torum,qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ,ponderando
peccatorum grauitatem,multitudinem,fœditatem,amiſſionem æternæ beati-
tudinis,ac æternæ damnationis acquiſitionem,hæc inquam contritio,facit hy
pocritam,immo magis peccatorem.
Hæc præpoſitio eſt falſa,viæ ad pœnitentiã impeditiua:ſcripturis ſacris & do
ctrinæ ſanctorum difformis. Propoſitio Sexta.
Neq; timore neq; amore poteſt homo ſe erigere ad capeſſendam gratiam dei.
Hæc propoſitio eſt in fide & moribus erronea,omnem præparationem ad pœ
nitentiam impie auferens. Propoſitio Septima.
Sine gratia primo remittente culpam,nec votum remiſſionis quærendę homo
poteſt habere.
Hæc propoſitio eſt falſa,impia,& peccatorum ad deſperationem inductiua.
Propoſitio Octaua.
Chriſtus nunq̄ peccatores coegit timore ad pœnitentiam.
Hæc propoſitio capiendo cogere pro inducere,ſicut capitur frequenter in ſcri
ptura ſacra,eſt hæretica. Propoſitio Nona.
Bonus eſt timor & vtilis licet ſit inſufficiens per quem paulatim fit conſuetu-
do iuſtitiæ.De his verbis Auguſtini ſequitur iudiciũ Lutheri.Hoc eſt(inquit)
meo iudicio conſuetudo deſperandi & odiendi deum ſi excludatur gratia.
Iudicium Lutheri de illo dicto Auguſtini,Bonus eſt timor &c.eſt falſum,teme
rarium & impium,accipiendo gratiam , vt ſupra pro gratia gratum faciente,
ſicut eam accipit ſcriptor. Propoſitio Decima.
Si Ioannes ſcilicet baptiſta timorẽ docuiſſet eſſe initium pœnitentiæ,non ideo
ſequitur pœnitentiam incipere a timore.
Hæc propoſitio eſt manifeſte erronea,in Chriſtum & in inſpiratam præcurſo-
ris eius doctrinam contumelioſa.

De confeſſione.Tit.II. Propoſitio.I.

ARs confitendi qua hucuſq; docti ſumus arenam numerare,ſingula pecca-
ta diſcutere,colligere,atque ponderare ad faciendam contritionem,eſt ars
inutilis,immo ars deſperandi & perdendi animas.
Hæc propoſitio eſt falſa,impia,ſchiſmatica,& confeſſioni,quæ eſt ars lucran-
di animas,iniuria. Propoſitio Secunda.
Confeſſio illa quæ nunc agitur occulte in aurem,nullo poteſt diuino iure pro-
bari,nec ita fiebat primitus.
Huius propoſitionis prima pars eſt falſa , & ex ignorantia iuris diuini aſſerta.
Secunda eſt temerarie poſita. Propoſitio.III.
Spititualis defectus eſt ſoli deo aperiendus. Propoſitio.IIII.
Si oportet confiteri occulta cordis,tantum ea quæ pleni ſunt conſenſus in opꝰ,
homines debent confiteri. Propoſitio.V.
Peccata contra duo vltima præcepta decalogi commiſſa , ſunt prorſus a con-
feſſione ſecludenda.
Quælibet harum trium propoſitionum eſt in fide erronea,& impie confeſſionẽ
dimidians. Propoſitio.VI.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nullo modo pręſumat homo confiteri peccata venialia.

Hæc diſſuaſio innuens pręſumptionis eſſe confiteri peccata venialia, eſt temerarii animi indicatiua, ab opere bono retractiua, & ideo pernicioſa.

Propoſitio. VII.

Non iuſtificamur operibus, neq; pœnitentiis aut confeſſionibus.

Hæc propoſitio, loquendo de operibus bonis fidem mediatoris non excludentibus, eſt erronea, pœnitentiæ & confeſſionis contemptiua, & ſanæ diuinæ ſcripturæ intelligentiæ aduerſa.

De abſolutione. Ti. III. Propoſitio prima.

ABſolutio eſt efficax, non quia fit, a quocunq; tandē fiat, erret ſiue nō erret: ſed quia creditur.

Propoſitio Secunda.

Crede fortiter te eſſe abſolutum, & abſolutus vere eris, quicquid ſit de tua contritione.

Propoſitio Tertia.

Eſto per impoſſibile ꝙ confeſſus non ſit contritus, aut ꝙ ſacerdos non ſerio, ſed ioco abſoluat, ſi tamen credat ſe eſſe abſolutum, veriſſime eſt abſolutus.

Hæ tres propoſitiones ad ſenſum ſcriptoris ſunt falſæ, impię, ignoranter & difformiter ad ſanam ſacræ ſcripturæ intelligentiam aſſertæ. Et in hoc quod dicitur, a quocunq; tandem fiat, erret, ſiue nō erret: & in eo quod ſubditur, nō ſerio, ſed ioco abſoluat, ſunt piarum aurium offenſiuę, ſacramenti pœnitentiæ irriſoriæ, & conciliorum generaliū determinationibus contrariæ.

Propoſitio. IIII.

Quilibet ſacerdos debet abſoluere a pœna & culpa, aut peccat.

Hæc propoſitio ad ſenſum ſcribentis eſt falſa, obſeruationis & doctrinæ vniuerſalis eccleſiæ, in his quæ concernunt ſacramentum pœnitentiæ, contraria.

De ſatiſfactione. Ti. IIII. Propoſitio prima.

PEccata deus & ſemper & gratis remittit atq; condonat nihil a nobis inuicem requirens q̄ vt in poſterum bene viuamus.

Hęc propoſitio eſt a ſententia ſanctorum doctorū aliena, fideles, vana & ſtulta cōfidētia, a debita ſatiſfactiōe pro peccatis retrahēs, & hęretica.

Propoſitio. II.

Sententia eſt apoſtoli pœnam & culpam ſimul finiri.

Propoſitio. III.

De induſtria damnat propheta ſententiam probantium ſatiſfactionem, dicens. Qm̄ ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſē: holocauſtis nō delectaberis.

Propoſitio. IIII.

Irridet Micheas propheta eos qui per opera ſatiſfacere volunt.

Prima harū propoſitionū eſt in Paulū: Secunda in prophetā: Tertia in Micheā cōtumelioſa, & om̄es falſę, impię, & i ſpiritū ſanctū blaſphemę.

Propoſitio. V.

Virtute clauium iactāt quidam ſolui pœnas per diuinam iuſtitiam requiſitas, quod non credo verum, nec probabitur.

Hæc propoſitio qua negat virtute clauiū pœnas per diuinā iuſtitiā requiſitas ſolui, eſt falſa, ſcandaloſa, poteſtati clauiū derogatiua, & in hoc ꝙ dicit quod nō credo verū, nec ꝓbabit᷑, eſt animi temerarii indicatiua & arrogātis.

Prop. VI.

Commentum & futile cauillum eſt dicere quod dicunt quidam: quia ſacerdos ignorat menſuram contritionis abſoluendi, ideoq; forte non imponit tantam ſatiſfactionem quantam diuina iuſtitia requirit, ꝙ propterea neceſſe ſit diuinæ iuſtitiæ ſatiſfieri vel proprio opere vel indulgentiis.

Hæc propoſitio eſt falſa, ritui eccleſiæ & eius doctrinæ aduerſa, & pœnitentialis ſatiſfactionis eneruatiua.

Propoſitio. VII.

d

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pœna qua deus vult peccatũ punire non poteſt auferri per hoĩem vel per Papã.
Hæc propoſitio eſt authoritati eccleſiæ a Chriſto conceſſæ impie & ſciſmatice contraueniens, & ſapiens hæreſim.
Huic materiæ annectitur vna ꝑpoſitio de Sacramẽtis in gñe, quæ eſt octaua.
Hæretica ſententia eſt qua ſacramenta nouæ legis gratiam iuſtificantem dare dicuntur illis qui non ponunt obicem, cum ſit impoſſibile ſacramẽtum conferri niſi iam credentibus & dignis.

Hæc propoſitio eſt falſa, temeraria, & præſumptuoſe aſſerta.

De accedentibus ad euchariſtiam. Ti. VI. Propoſitio prima.

MAgnus & pernicioſus error eſt. ſi quis accedat ad ſacramẽtũ Euchariſtiæ ea nixus fiducia ꝙ cõfeſſus eſt, ꝙ nõ ſibi cõſcius mortalis peccati, ꝙ orationes & præparatoria ſua pręmiſerit: omnes hi iudiciũ ſibi mãducãt & bibũt.
Hæc propoſitio eſt impia, a debita ſacramenti ſuſcipiendi præparatione maxime retractiua, ad deſperationem inducens, & doctrinæ Pauli cõtraria, nec fideles ea nixi fiducia ſecludunt diuinam miſericordiam. Propoſitio Secunda.
Probatio qua homo peccata ſua diſcutit, atq; põderat. non pertinet niſi ad inſenſatos & craſſos ſacramenti contemptores.
Hæc propoſitio eſt temerarie & arroganter aſſerta, impia & ſcandaloſa.

De certitudine charitatis habitæ. Ti. VII. Propoſitio prima.

PEſſime docent theologi, quãdo dicũt, nos neſcire quãdo ſumꝰ in charitate.
Hęc propoſitio, intelligẽdo neſcire certitudine fidei, de qua loquit̃ ſcribẽs, eſt falſa, ſacris doctoribus diſſona, & ſanæ intelligẽtiæ ſcripturæ. Prop. II.
Caueat omnis Chriſtianus ne vnquam incertus ſit, an deo placeant opera ſua: qui enim ſic dubitat, peccat, & perdit opera ſua cuncta, fruſtraque laborat.
Huiuſmodi conſilium, loquendo de certitudine vt ſupra, eſt temerarium pernicioſum, & ſacris eloquiis difforme.

De peccatis. Tit. VIII. Propoſitio Prima.

IVſtus, in omni bono opere peccat. Propoſitio Secunda.
Omne opus bonum optime factum, eſt peccatum veniale.
Vtraque harum propoſitionum eſt falſa, piarum aurium offenſiua, ac bonorũ operum infamatiua. Propoſitio Tertia.
Qꝫ non omni tempore pœnitemus, & reſipiſcimus, vitium eſt.
Hæc propoſitio, vt vitium dicit culpam ad ſenſum ſcribẽtis eſt falſa. irrationabiliter, & ex erroneo ſcripturæ intellectu aſſerta. Propoſitio Quarta.
Hoc eſt mortalium mortaliſſimum non credere ſe eſſe damnabili & mortali peccato obnoxium coram deo.
Hæc propoſitio eſt falſa, impia, deſperationis inductiua, & ſapiens hæreſim.

Propoſitia Quinta.

Theologi docentes regula ſua venialia peccata eſſe diſtincta à mortalibus, ad inſaniam perditiſſime nituntur trahere hominum conſcientias.
Hæc ꝑpoſitio eſt ſtulte & præſumptuoſe aſſerta, ſacris doctoribus iniuria, & inquantum prætendit venialia non diſtingui à mortalibus, eſt hæretica.

De præceptis. Tit. IX. Propoſitio prima.

Qui negat deum nobis impoſſibile iuſſiſſe, peſſime facit, & qui hoc falſum eſſe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicit,pluſq̄ peſſime facit.
Hęc propoſitio eſt ſcandaloſa,impia,legis Chriſtianæ infamatiua, ac authore Auguſtino in deum blaſphema. Propoſitio Secunda.
Sola duo vltia decalogi p̄cepta ſūt,q̄ a nullo quātūlibet ſc̄tō aliquo modo iplē tur:cętera oia iplēt.Sed i his duob⁹ manēt rei & pc̄tores,qa nihil de iſtis iplēt.
Hęc propoſitio eſt erronea,impia,in legem & legiſlatorem blaſphema,& in ſanctos contumelioſa. Propoſitio Tertia.
Omne pręceptū dei magis poſitū eſt vt oſtēdat preteritū & pręſēs pc̄tm̄,q̄ vt futurū prohibeat . ſiquidē iuxta Apoſtolū,Per legē nihil niſi cognitio peccati.
Huius propoſitionis prima pars eſt falſa,temerarie,& ſine ratione aſſerta. Secunda vero,ꝙ iuxta Apoſtolum per legē &c.eſt erronea,legi intentioniq; Pauli contraria. Propoſitio Quarta.
Quia homini charitatem habēti nulla lex neceſſaria eſt,ideo per hoc pręceptū, Sabbata ſanctifices,non opus præcipitur,ſed quies. Propoſitio.V.
Iſtud præceptum tertium , Sabbata ſanctifices,ceſſauit proprie,immo omnia quo ad perfectos Chriſtianos,quia iuſto non eſt lex poſita. Propoſitio.VI.
Infirmis qui nōdū ſūt mortificati ſecūdū veterē hoiem op⁹ eſt,vt certis officiis, diebus,modis,occupēt,vigiliis,ieiuniis,oratiōibus,diſciplinis,& ſimilib⁹ : qb⁹ ꝑueniāt ad ꝑfectū interioris hoīs.vt vbi corpus fuerit caſtigatū,& in ſeruitutē fuerit redactū,& mortificatę paſſiōes:tū ipſa ceſſent paulati,& tātū minuanē quātū ꝑfecerit iterior homo,adeo vt ſi perfect⁹ fuerit illa oino ceſſare debeāt.
Quælibet harum trium propoſitionum pręcedentium,eſt ex erroneo ſcripturæ intellectu aſſerta,iure i cōcilio Viēnēſi cōtra Begardos reprobata,& hęretica.

De conſiliis euangelicis.Tit.X.Propoſitio prima.

ILlud verbum Chriſti,Matthæi quinto,Qui te percuſſerit in maxillā dextrā &c. Et illud ad Romanos.xii. Non vos defendentes chariſſimi &c.non ſunt conſilia,ſicut etiam multi theologi errare videntur,ſed præceptum.
Hęc propoſitio eſt falſa,legis Chriſtianæ nimium oneratiua,& ſanę intelligentię ſcripturę aduerſa. Propoſitio.II.
Requirere coram iudice de iniuria reparationem Chriſtianis prohibitum eſt.
Hęc propoſitio eſt falſa,ſcādaloſa,iuri diuino naturaliq; diſſona. Prop.III.
Quia Chriſtianus temporalia nō debet amare,ideo propter ea nō debet iurare.
Hęc propoſitio eſt in moribus erronea,& ſapiens hęreſim. Propoſitio.IIII.
Iudęis ad libitum verum iurare eſt permiſſum.
Hęc ꝓpoſitio ſi itelligatur ꝑmiſſū tāq̄ licitū,falſa eſt,diuino pręcepto aduerſa, & antiquus error Iudęorum. De purgatorio.Tit.XI.Propoſitio.I.

SCriptura diuina tota prorſus nihil habet de purgatorio.
Hęc propoſitio eſt falſa.Valdēſium errorem maxime fouens,ac ſanctorum patrum ſententiæ repugnans. Propoſitio.II.
Non videtur probatum eſſe ꝙ animæ in purgatorio ſunt extra ſtatum meriti, ſeu augendę charitatis.
Hæc propoſitio eſt falſa,temerarie & impie aſſerta:& in hoc quod prætendit animas in purgatorio non eſſe extra ſtatum meriti,ſeu augendæ charitatis ,eſt in fide erronea. Propoſitio Tertia.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non videtur probatum eſſe ꝙ ipſæ animæ in purgatorio ſint de ſua beatitudine certæ & ſecuræ, ſaltem omnes.

Hæc propoſitio eſt falſa, & præſumptuoſe aſſerta: & in hoc quod pretendit animas purgatorii non eſſe certas de ſua beatitudine, eſt traditioni eccleſię & doctrinæ ſanctorum contraria. Propoſitio. IIII.

Animę in purgatorio peccant ſine intermiſſione q̄diu horrent pœnas & petūt requiē: quia querūt quę ſua ſunt pluſq̄ voluntatē dei, quod eſt cōtra charitatē.

Hęc propoſitio eſt falſa, impia, purgādis aīabus iniuria, & hęretica. Prop. V.

Imperfecta ſanitas ſeu charitas morituri neceſſario ſecum fert magnum timorem, tantoq; maiorem quanto minor fuerit ipſa. Propoſitio. VI.

Pœna purgatorii eſt pauor & horror damnationis & inferni.

Vtraq; harū propoſitionū eſt falſa, temerarie, & ſine ratiōe poſita. Prop. VII.

Probabile eſt aīas purgatorii prę cōfuſione neſcire quo ſtatu ſint, dānatę an ſaluatę: immo ſibi videtur iā ire in dānatiōnē & deſcendere in lacū. Prop. VIII.

Animę in purgatorio nihil aliud ſentiunt quàm incipere ſuam damnationem, niſi ꝙ ſentiunt nondum clauſam poſt ſe portam inferi.

Vtraq; harū propoſitionum eſt falſa, piarum aurium offenſiua, voluntarie & irrationabiliter poſita, & ſtatui animarum purgatorii iniurioſa. Prop. IX.

Omnes animæ in purgatorium deſcendentes ſunt imperfectæ fidei ſeu ſanitatis: immo per quantancunq; ablationem pœnarum non eſſent ſanæ niſi prius ab eis auferatur peccatum, id eſt imperfectio fidei, ſpei, & charitatis.

Hæc propoſitio quantum ad omnes partes eſt falſa, & temerarie aſſerta, ac ſanæ ſcripturarum intelligentiæ diſſona.

De conciliis generalibus eccleſiæ Ti. XII. Propoſitio prima.

VIa iam nobis facta eſt eneruandi authoritatem conciliorum & libere contradicendi eorum geſtis ac iudicandi eorum decreta.

Hæc propoſitio, ſi velit ſcriptor, licitū eſſe cuipiā cōcilii legitimi authoritati cōtradicere in iis quę fidem & mores concernunt, eſt ſchiſmatica, & hęretica.

Propoſitio Secunda.

Certum eſt inter articulos Ioannis Hus vel Bohemorū multos eſſe plane Chriſtianiſſimos & euangelicos, quos non poſſit vniuerſalis eccleſia damnare.

Hęc propoſitio, loquendo de articulis condēnatis, de quibus intendit ſcriptor, eſt falſa, impia, & ſacris conciliis iniuria. Propoſitio. III.

Iſti duo articuli, vnica eſt ſancta vuiuerſalis eccleſia quæ eſt prędeſtinatorū vniuerſitas, & vniuerſalis ſancta eccleſia tantum eſt vna ſicut tantum eſt vnus numerus prędeſtinatorum: non ſunt Ioannis Hus, ſed Auguſtini ſuper Ioannem.

Hęc propoſitio, ad Huſſitarum intelligentiam, eſt falſo Auguſtino attributa: articuli autem loquendo de eccleſia militante, de qua ibi fit ſermo, ſunt propoſitiones hæreticæ. Propoſitio Quarta.

Iſte articulus: duę naturę diuinitas & humanitas ſunt vnus Chriſtus: eſt a catholicis concedendus. Et ſimiliter ille: diuiſio humanorum operum eſt ꝙ ſunt virtuoſa vel vitioſa, quia ſi homo eſt vitioſus & agit quicq̄, vitioſe agit, & ſi eſt virtuoſus & agit quicq̄, virtuoſe agit.

Hæc propoſitio eſt falſa, & ex ignorantia veræ theologiæ aſſerta: primus autē



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illorum articulorum,ſcilicet duæ naturę &c.eſt propoſitio hęretica.Secundus vero,ſcilicet diuiſio humanorum operum &c.eſt propoſitio ſapiens hæreſim.

De ſpe.Tit.XIII. Propoſitio Vnica.

SPes non prouenit ex meritis.

Hęc ꝓpoſitio eſt falſa,pręſũptiõis inductiua,ac ſacris ſcripturis difformis.

De pœna hæreticorum.Ti.XIIII. Propoſitio prima.

HAereticos comburi eſt contra voluntatem ſpiritus.

Hæc propoſitio eſt falſa,contra voluntatem ſpiritus diuini aſſerta,& errori Catharorum & Valdenſium conſona.

De obſeruatione & ceſſatione legalium.Ti.XV.Propoſitio prima.

LIcet opera legis q̃cũq; fieri ſic ea requirat charitas fraterna modo nõ lege cogẽte,quo caſu licet etiã modo circũcidi ſine ꝑiculo & cũ multo merito.

Hæc ꝓpoſitio eſt Chriſtianę legi inimica,Iudaicę perfidiæ fauẽs, & hæretica.

De bello contra Turcas.Tit.XVI.Propoſitio prima.

PRæliari aduerſus Turcas eſt repugnare deo viſitãti iniq̃tates nr̃as ꝑ illos.

Hęc ꝓpoſitio vniuerſaliter ĩtellecta,eſt falſa,nec ſacris eloquiis cõformis.

De immunitate eccleſiaſticorum.Ti.XVII.Propoſitio Vnica.

SI Imperator vel Princeps reuocent libertatem datam perſonis & rebus eccleſiaſticorum,non poteſt eis reſiſti ſine peccato & impietate.

Hæc propoſitio eſt falſa,impia,ſchiſmatica,libertatis eccleſiaſticæ eneruatiua, ac impietatis tyrannicæ excitatiua & nutritiua.

De libero arbitrio.Tit.XVIII.Propoſitio prima.

LIberum arbitrium non eſt dominus actuum ſuorum.

Hæc propoſitio eſt falſa,ſacris doctoribus,ac omni doctrinæ morali aduerſa,cum Manichæorum errore conueniens,ac hæretica. Propoſitio.II.

Fruſtra garriunt ſophiſtæ actum bonum eſſe totum a deo ſed non totaliter.

Hęc propoſitio eſt ſanctis doctorib9 eã ponẽtibus iniuria,Ambroſio potiſſimũ Auguſtino & Bernardo,quos hic Sophiſtas appellat:& quantum ad id q̃d ꝑtẽdit actũ bonũ eſſe totaliter a deo,& nullo modo a libero arbitrio eſt hæretica.

Propoſitio Tertia.

Liberum arbitrium dum facit quod in ſe eſt,peccat mortaliter.

Hęc propoſitio eſt ſcandaloſa,impia,in fide & moribus erronea. Prop.IIII.

Liberum arbitrium ante gratiam nihil valet niſi ad peccandum,non autem ad pœnitendum:ex Auguſtino de ſpiritu & lirera.

Hęc propoſitio,accipiendo gratiam pro gratia gratum faciente,de qua loquitur ſcriptor,eſt erronea,errori Manichæorum conformis,a ſacris eloquiis aliena,peruerſe & truncate ex Auguſtino allegata. Propoſitio.V.

Liberum arbitrium ſine gratia tanto magis appropinquat iniquitati quãto fortius intenderit actioni:ex Ambroſio.

Hæc propoſitio,accipiendo gratiam vt prius,eſt falſa,piarum aurium offenſiua,a bonis operibus retrahens:inique & mutilate ex Ambroſio excerpta.

De philoſophia & theologia ſcholaſtica.Ti.XIX.Propoſitio prima.

Philoſophia Ariſtotelis de virtute morali,de obiecto,de actu elicito talis eſt quę nec in populo doceri poſſit,nec ad ſcripturæ intelligentiam vtilis, quia con-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tinet dũtaxat portenta verborum non niſi ad contentiones verborum conficta.

Hæc propoſitio quantum ad omnes ſuas partes,loquendo de philoſophia Ariſtotelis,in his maxime in quibus a fide non diſcedit,eſt falſa,& tanq̃ ab inimico ſcientiæ arroganter ac inſipienter aſſerta. Propoſitio Secunda.

Omnes virtutes morales & ſcientiæ ſpeculatiuæ non ſunt veræ virtutes & ſcientiæ: ſed peccata & errores.

Hæc propoſitio quantum ad primam partem,ꝙ virtutes morales ſunt peccata,eſt eodem modo qualificanda,ſicut prius fuit illa qualificata.Opera quęcunꝗ ante charitatem ſunt peccata.Quantum autem ad alteram,ꝙ ſcilicet ſciẽtiæ ſpeculatiuæ ſunt errores,eſt manifeſte falſa. Propoſitio Tertia.

Theologia ſcholaſtica eſt falſa ſcripturæ & ſacramentorum intelligentia, & exulem nobis fecit veram & ſynceram theologiam.

Hæc propoſitio eſt falſa,temerarie & ſuperbe aſſerta,ac ſanę doctrinę inimica.

Propoſitio Quarta.

In ſermonibus Ioannis Tanleri lingua Teutonica cõſcriptis plus reperio,dicit Luther,theologiæ ſolidæ & ſynceræ q̃ in vniuerſis omnium vniuerſitatũ ſcholaſticis doctoribus repertum eſt,aut reperiri poſſit in omnibus ſuis ſententiis.

Propoſitio quam Luther aſſerit,eſt manifeſte temeraria. Propoſitio Quinta.

Quo tempore cœpit theologia ſcholaſtica, id eſt illuſoria,eodem euacuata eſt theologia crucis:ſuntq; omnia plane peruerſa.

Hęc propoſitio eſt falſa,pręſumptuoſe,& irrationabiliter aſſerta & errori Bohemorum damnato vicina. Propoſitio Sexta.

Libidinem corrumpendæ ſcripturæ iam ferme trecentis annis patitur eccleſia incomparabili damno ſuo a doctoribus ſcholaſticis.

Hæc propoſitio eſt falſa,ſtulte,& malitioſe aſſerta. Propoſitio Septima.

Theologi ſcholaſtici Ariſtotelis moralia prorſus conuenire mentiti ſunt cum Chriſti Pauliq; doctrina.

Hac propoſitione impudenter,& falſo theologis ſcholaſticis imponit ſcriptor, quod nõ eſt verum,q̃q̃ ſatis exploratum ſit in multis moralia Ariſtotelis,cum Chriſti Paulique doctrina conſentire.

Additur & hæc ex lib.de Captiuitate Babylonica. Propoſitio Lutheri.

In Dionyſio qui ſcripſit de Cæleſti Hierarchia,nihil ferme eſt ſolidę eruditionis.Et oĩa ſunt illius meditata in pręfato libro,ac ſõniis prope ſimillima.In theologia autẽ myſtica pernicioſiſſimus eſt,Platonizans magis q̃ Chriſtianizans:in eccleſiaſtica vero Hierarchia ludit allegoriis,quod eſt ocioſorũ hoĩm ſtudium.

Hęc propoſitio eſt falſa,temerarie & arroganter aſſerta,ac viro ſancto inſigni eruditione claro iniuria,quem Damaſcenus diuinum Areopagitã,Pauli diſcipulũ,ſacerrimũ & deiloquẽtiſſimum appellat.

CONCLVSIO.

NOs Præfati Decanus & Facultas pręmiſſa hæc omnia tẽpore multo examinauimus,& quid de his ſentirent eccleſiaſtici doctores,quid ve ſacra cõcilia,quid inſuper in ſcripturis ſanctis caueretur diligenter annotauimus: poſt quid examen noſtrũ apud Sorbonã ſępius frequẽtatũ,in pleriſq; noſtris per iuramẽtũ vocatis & factis cõcionibus vnanimi omniũ voto fuerũt cõcluſa,ac definita:ac demũ ex abũdãti in generali nr̃a cõgregatiõe apud ſanctũ Mathurinũ

rurſus per iuramentum ſuper his ſpecialiter denunciata hæc eadẽ poſt miſſam more noſtro celebratam iterum concordi omnium aſſenſu laudauimus,comprobauimus,ac rata habuimus,laudamus,comprobamus,& rata habemus,& vt talia incõcuſſe tenenda noſtra ſententia definimus,& decernimus.Acta fuerunt hęc anno ab incarnatione domini.MDXXI.die.XV.Aprilis,in quorum teſtimonium iis inſtrumentis quæ in archiuis & ſcriniis noſtris ad perpetuam rei memoriã reſeruamus ſigillum noſtrum duximus apponendum.Ad quorũ exemplar de mandato noſtro præſentes fuiſſe fideliter impreſſas teſtamur.

# DETERMINATIO

Facultatis Theologiæ Pariſienſis,ſuper aliquibus propoſitionibus certis e locis nuper ad eam delatis,de veneratione ſanctorum,de canone miſſę,deque ſuſtentatione miniſtrorum altaris,& cęteris quibuſdam.

## DECANVS ET FACVLTAS THEOLOGIAE SCHOLAE Pariſienſis,omnibus fidelibus in Chriſto Salutem.

INSIGNI pollens ſapiẽtia Salomon,quem a finibus terræ veniebant reges audituri & populi,recte in Prouerbiis admonet,cum inquit. Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui:quæ vtiq; admonitio eos iure percellit,qui terminos fidei quos catholici ab initio declararũt doctores tranſgredi non verentur,aut a cõſtitutionibus patrum ſeu conſuetudinibus eccleſiaſticis curioſa magis quàm vtili nouitate illecti facile deſciſcunt,peregrinas quoq; & inuſitatas doctrinas in eccleſiã inducere moliuntur.Vnde plerumque ſcandala,tumultus,& ſchiſmata inter ipſos fideles exploratum eſt exoriri:dum alii vnum,alii aliud tenendum arbitrantur,& quod hic probat,ille reprobat:ſicque vnanimes in fide minime inueniuntur chriſtiani.Id autem inde euenire conſtat,ꝙ nonnulli hac tempeſtate impietatis ſuæ virus effundere minime reformidant peſtilentibus libris,aut periculoſis prędicationibus.Aſſeuerant enim homines impii ſanctos orari non oportere,ſed neq; honorari,niſi forſan charitate & imitatione.Noſtras etiam orationes aut oblationes ad eos dirigi vetant.Reliquias item ſanctorum,miracula,imagines & geſta ſubſannant,rident,contemnunt.Nec modo illis nihil impẽdunt honoris,ſed & alios ne impendant auertunt.Neq; tam peſtilentia dogmata attendunt multis retro ſęculis exploſa eſſe,atque damnata:adeo vt catholicorum numero nequaq̃ aſcribẽdus ſit,quiſquis talibus auſit conſentire. Paruipendũt pręterea ſacrũ miſſæ canonem,veluti veſtem vilem,variiſque fruſtis conſutam,quod diuerſis auctoribus conditus ſit,& auctus. At ſimili ratione diuinum bibliorum opus aſpernandum videretur,quod nemo mentis cõpos diceret. Ad hęc accedit quod qui



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſacro canoni miſſæ detrahit Vvitclefi, ac Lutheri diſcipulum ſe manifeſte prodit. Inique rurſus ferunt veſani homines diuina myſteria celebrantibus temporalia miniſtrari, nec conſiderant, dignos, authore Chriſto eſſe mercede operarios, & æquiſſimū eſſe altari ſeruientibus, de altari victum ſuppeditari. Pias inſuper damnant collectas, quæ ſubleuandis viuorum atq; defunctorum neceſſitatibus conſtitutæ ſunt, apoſtolicæ traditionis rationē non habentes vnde proficiſcuntur, quemadmodū & officiū defunctorum. Frena itidem laxant idiotis quo pro ſuo arbitrio ſcripturas interpretentur, de fide paſſim diſputent, cœtus aduocent, celebrent conuenticula. Proinde q̄uis plurimū hęc peſtifera dogmata diſſideant, ex eadem tamen fere prodeunt ſcaturigine: execrabiles ſiquidem eoſdemq; damnatos Boemorum, Turelupinorum, Valdenſium, atq; vetuſtiorū etiam hæreticorū errores miſerabiliter reducunt, quos ex agro dominico falce eccleſiaſticæ cenſuræ iampridem reſectos eſſe perſpicuum eſt. Et certe dolēdū eſt vſqueadeo grauia errata hac tempeſtate vel purioris chriſtianiſmi vel ſincerioris doctrinæ prætextu repullulare. Nam tametſi pro Chriſti pollicitatione, perduratura eſt eccleſia ad conſummationem vſq; ſęculi illibata, & a quibuſlibet erroribus immunis: plerique nihilominus interim pereunt quibus conſultū eſſe operæprecium eſt. Cæterum vt quæ ſuper his noſtra ſit ſententia clarius liqueat, præmiſſo indice, propoſitiones ipſorum aberrantiū ponimus, mox noſtram cenſuram ſubnectentes.

# SEQVITVR INDEX TITVLORVM.

De beatæ virginis veneratione per angelicam ſalutationem, & per præclaras antiphonas Salue regina miſericordiæ, & Regina cœli. Tit. I.
De precibus ſanctorum pro noſtra ſalute. Tit. II.
De oblationibus & orationibus quæ ſanctis exhibentur. Tit. III.
De reliquiis ſanctorum. Tit. IIII. De eorumdem prerogatiuis. Tit. V.
De imaginibus eorum. Tit. VI. De ſanctorum hiſtoriis & miraculis. Tit. VII.
De ſacro canone miſſæ. Tit. VIII. De licentia idiotarum effreni. Tit. IX.
De fauore in Lutherū impēſo. Ti. X. De ſuſtētatione miniſtrorū altaris. Ti. XI.
De piis collectis. Ti. XII. De officio pro defunctis. Tit. XIII.
De fundatione obituum. Tit. XIIII.

De beatæ Mariæ virginis veneratione per angelicam ſalutationem, & per pręclaras antiphonas, Salue regina miſericordię, & Regina cœli.

Tit. I. Prima hæreticorum propoſitio.

NVnquam dicendum eſt Aue Maria in principio ſermonis ad populū pro gratia impetranda, quin prius dicta ſit oratio dominica.

Hæc propoſitio falſa eſt & ſcandaloſa, ſuperſtitioſam atq; ſeditioſam inter auditores ſuſcitans nouitatem, laudabili conſuetudini hactenus obſeruatæ cōtrariam, errori quoque pauperum de Lugduno angelicam ſalutationem contēnētium vicina eſt.

Propoſitio Secunda.

Indiſcreta aut ſuperſtitioſa eſt proſa illa ſeu oratio ad beatam Mariam Salue regina miſericordiæ vita dulcedo & ſpes noſtra. Similiter illa, Regina cœli lę-

care alleluya,quia quē meruiſti portare &c. Nā ipſa virgo nec regina miē,nec cœli,nec vita,aut ſpes noſtra debet vocari,neq; portare dei filiū potuit mereri.
Hęc propoſitio quantum ad vtranque ſuam partem eſt erronea & ſcandaloſa, ſacratiſſimæ dei matri iniuria,ac probatiſſimo vſui eccleſiaſtico ſecundum ſenſum in quo ipſos eccleſia concinit contumelioſa,atque ex damnato Valdēſium Catharorum, & Boemorum errore procedens.

De precibus ſanctorum pro noſtra ſalute. Ti.II. Propoſitio prima.

SAncti non ſunt noſtri ad deum mediatores.
Hæc propoſitio prędictis erroribus eſt conformis,& a debita ſanctorum veneratione fideles perperam retrahit. Propoſitio Secunda.

Sancti nihil poſſunt nos iuuare.
Hęc propoſitio eſt falſa,ac dignitati ſanctorum detrahit,erroneę etiam prædictorum hæreticorum ſententiæ eſt conſentanea.

De oblationibus & orationibus quę ſanctis exhibentur. Ti.III. Propoſitio.I.

MAgnam deo facit iniuriam,qui ad aliquem ſanctorum primo accedit,illū rogans,vt apud deum pro ſe intercedat,cum deus ſit quocunque ſancto benignior,& exaudire paratior. Propoſitio Secunda.

Deo irrogatur iniuria,quādo ſancti prius inuocantur,cū ſine deo nihil poſſint.
Vtraque harum propoſitionum quantum ad priorem partem falſum innuēdo, ſanctos ſcilicet rite coli ſine deo, nec noſtros eſſe mediatores ſiue interceſſores apud deum, Vvitcleuiſtarum hæreſi peruerſæ conſentit. Nec ex ſecunda earum parte quę vtiq; vera eſt prior infertur. Propoſitio Tertia.

Iniuria infertur deo,quando luminaria cęterę; oblationes,ſanctis primū offeruntur quàm deo,qui totum in homine operatur.
De hac propoſitione,quantum ad primam partem dicēdum eſt ſicut de prima parte pręcedentium propoſitionum,falſum etiam in ea inſinuatur,dum aliquid ſanctis offerri deſignatur,quod potiſſimum ac principaliter deo nō offeratur. Pars autem vltima ſic conceditur, vt hominum in bono opere cooperatio non ſecludatur. Propoſitio Quarta.

Superſtitioſum eſt omnino orationib9 & oblationibus quibuſdā ſanctis exhibitis vſq; adeo inſtare,quia ſufficit deū orare. Nā ſancti nullā a ſe hn̄t poteſtatē.
Hęc propoſitio ſacrę ſcripturę & traditioni eccleſiaſticę diſſona eſt aperte Valdenſium & Catharorum errori conſentiens. Nec obſtat ꝙ non niſi deo authore ſancti quicquam poſſint. Propoſitio Quinta.

Error eſt manifeſtus in feſto dedicationis aut alicuius ſancti ſolenniorem agere cultum,quam in die dominico,aut dei feſto.
Hęc propoſitio erronea eſt & falſo innitens fundamento,quaſi videlicet impēſus ſanctis honor deo principaliter non impendatur.

De reliquiis ſanctorum. Ti.IIII. Propoſitio prima.

NOn eſt apparentia ꝙ oſſa ſanctorum gemmis auro & cęteris adornentur precioſis,quia ſic illis maior impenditur honor,quam deo.
Hęc propoſitio Eunomii & Vigilantii hæreſim impie reducit,neq; per id ꝙ honor ſanctorum corporibus exhibetur,diuino quoquo pacto derogatur honori.

Propoſitio Secunda.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Huiuſmodi ſanctorum oſſa ſub terra deberet, aut imis locis reponi, ac propter ſpem reſurrectionis ſeruari. Nec pium eſt illa ſic in ſuperioribus eccleſiarum locis exaltata videri.

Hæc propoſitio eſt præfatorum hæreticorum blaſphemiæ cõſona, & pię fidelium in ſanctos deuotioni derogat, dei quoq; ordinationi, cuius reuelatione plurimorum ſanctorum corpora e terris erecta ſunt, prorſus aduerſa.

De ſanctorum prærogatiuis. Tit. V. Propoſitio I.

PVtare ꝙ vnus ſanctorum citius aut libentius vnam infirmitatem curet, aut infirmos adiuuet quam alius, omnino ſuperſtitioſum eſt & vanum.

Hæc propoſitio ſuperſtitioſa vanitate aſſerta ritui eccleſiæ contraria eſt, & in ſpiritũ ſanctũ, qui gratias ſuas diſtribuit ſingulis prout vult, blaſphema. cõceſſas inſuper ſanctorum prærogatiuas eneruans, Porphirii & Eunomii impietati fauet. Propoſitio. II.

Humana fictione & voluntaria alluſione ad quorundam ſanctorũ nomina cogitare ceperunt homines ꝙ pro hac vel illa infirmitate potius eſſet ad illos recurrendum quam ad alios, vt puta ad ſanctum Fiacrium pro ficis: ad ſanctum eutropium pro hydropiſi, ad ſanctum Clarum pro viſu, & ſic de Præiecto Antonio, Sebaſtiano, aliiſque pluribus.

Hæc propoſitio temeraria curioſitate aſſerta eſt honori ſanctorum contumelioſa, & de damnata Lutheri doctrina deſumpta.

De imaginibus ſanctorum. Ti. VI. Propoſitio prima.

ANte ſanctorũ dei imagines nõ ſunt flectenda genua, ſed dũtaxat ante deũ. Hæc propoſitio erronea eſt & impia, & ex errore decerpta eorum qui iconas, ſeu imagines ſanctorum execrati ſunt. Propoſitio. II.

Stultum omnino eſt ſanctorum imagines adorare, quia in quibuſdam eſt forſan latens diabolus. Sufficit enim ad ſalutem diligere deum, & fidem habere ꝙ ſaluabitur homo.

Hæc propoſitio quantum ad primam partem expreſſa, impietas eſt imagines execrantium, ſeptima vniuerſali ſynodo quæ apud Niceã celebrata extitit damnata. Loquendo de ea adoratione quam ſanctorum imaginibus exhibet eccleſia, in quibus aſſerere demonem latitare blaſphemiæ proximum eſt. Quantum ad ſecundam partem, damnatæ Lutheri doctrinæ conſona eſt.

De ſanctorum hiſtoriis & miraculis. Ti. VII. Propoſitio Vnica.

Sanctorum hiſtoriæ & ſimiles narrationes non ſunt magni faciendę, neque ea quæ de miraculis eorum ſcripta ſunt.

Hęc propoſitio tametſi non omnia quæ de ſanctis leguntur pari gradu certitudinis atque reuerentia ſunt amplectenda, ipſa tamen propoſitio quantum ad primam partem, pias aures offendit, & ad irreuerentiam in ſanctos, & contemptum eccleſiaſtici officii prouocat, Vvitcleuiſtarũ inſaniæ conformis. at ſi quid in officiis diuinis minꝰ chriſtiana pietate dignũ cõpertũ fuerit, nõ quorũuis, ſed illorum duntaxat auctoritate id corrigendum, ad quos potiſſimum ſpectat. Secunda vero pars ex Porphiriano trahitur errore.

De ſacro canone miſſæ. Tit. VIII. Propoſitio prima.

CAnon miſſæ excluſo eo ꝙ in ipſo eſt de euangelio, res eſt parui momenti



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& non magnifacienda.
Hæc propoſitio falſa eſt ſcandaloſa & ſchiſmatica, fideles quoq; a deuotione celebrandi atque audiendi miſſarum ſolennia impie retrahens, Vvitclefi ac Lutheri errorem perperam imitatur. Propoſitio Secunda.
Ipſe canon eſt veluti veſtis vilis ex diuerſis noui & veteris panni fruſtis indecore conſuta ſiue detexa. Propoſitio Tertia.
Quidam ſummus pontifex propterea quod calculo grauiter laborabat ſiue arenoſus erat pro ſuo arbitrio canoni adiecit Coſmam & Damianum, & ſic alii alios ſanctos addidere pro peculiari voto ſuo.
Vtraque harum duarum propoſitionum eſt ſupra modum impia, irreuerenter ac inſipienter prolata, & non ſolum ſanctis patribus qui canonem compoſuerunt vel auxerunt, ſed etiam vniuerſali eccleſiæ quæ illum comprobauit contumelioſa exiſtens, prædictorum hæreticorum impietati ſuffragatur.

De licentia idiotarum effreni. Tit. IX. Propoſitio prima.

OMnes Chriſtiani & maxime clerici ſunt inducendi ad ſtudium ſcripturæ ſanctæ, quia aliæ doctrinæ ſunt humanæ & parum fructuoſæ.
Hæc propoſitio ſecundum primam partem laicos quoſcunque innuens ad ſtudium ſacræ ſcripturæ & difficultatum eiuſdem eſſe inducendos, ſicut & clericos, ex errore pauperum de Lugduno decerpitur.
Quantum ad ſecundam partem quæ etiam innuit omnem doctrinam præter nudam literam biblicam pure humanam eſſe & inutilem, temere & arrogãter ad prædictorum hęreticorum errores conformiter aſſerta eſt. Propoſitio. II.
Licitum eſt ſimplici populo ſimul diebus feſtis aut aliis conuenire, vt de biblia & eius difficultatibus conferat. Propoſitio Tertia.
Licitum eidem populo de fide catholica diſputare, & ſacram ſcripturam exponere cum ſit chriſtianus.
Vtraq; harum propoſitionum temerarie & falſo aſſeritur, ac errores inſtaurat Valdenſiũ & Boemorum. Neq; ferenda ſunt idiotarum conuenticula, aut illorum de arduis fidei diſputationes, cum iure damnentur. Propoſitio Quarta.
Bonum eſt ſimplicem populum in miſſa ſymbolum Nicenum gallice verſum, maxime poſt offertorium alta voce decantare.
Hæc propoſitio eſt odioſæ & periculoſæ nouitatis in eccleſiam inductiua.

De fauore in Lutherum impenſo. Tit. X. Propoſitio Vnica.

VBi Luther bene dixit, nemo melius.
Hęc propoſitio falſa eſt. ſacris doctoribus iniuria & execrabili Lutheri doctrinæ impudenter & mendaciter ſuffragatur.

De ſuſtentatione miniſtrorum altaris. Ti. XI. Propoſitio prima.

Magnum peccatum eſt dicere miſſam pro pecunia. Propoſitio Secunda.
Simoniacum eſt accipere ſex albos pro miſſa aut etiam dare, ideo ſimoniacus eſt qui ſic facit celebrare aut qui celebrat.
Cum miniſtranti ſpiritualia, debeantur omni iure temporalia, vtraq; iſtarũ propoſitionum ſic indiſtincte prolata, eſt falſa & ſcandaloſa. Propoſitio Tertia.
Maior eſt ſimonia capere ſex albos pro vna miſſa, quã vendere curam animarũ aut canonicatum, quia in primo venditur deus, in ſecundo ſolũ officiũ eccleſiæ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Comparatio hæc inepta eſt, nec veris innititur. & quæ adducitur cauſa, falſa eſt & offenſiua. Propoſitio Quarta.

Non eſt licitum cogere eum ad cuius inſtantiam ſacerdos celebrauit, vt dicto ſacerdoti tradat ſex albos.

Hæc propoſitio, loquendo de coactione iuridica, ſecundum laudabilem regionis conſuetudinem eſt erronea, ab omni tamen ſpecie mali, & nota venalitatis abſtinendum. Propoſitio Quinta.

Melius eſt pauperibus ſex albos erogare, quam illos ſacerdoti tradere, qui aliquo requirente celebrauit.

Hȩc comparatio vniuerſaliter intellecta, falſa & erronea eſt, & odioſa in ſacerdotes emulatione perperam aſſerta, inique opus conſilii præcepto proponit.

Propoſitio Sexta.

Lȩtantur demones, cum dantur ſex albi miſſam celebranti.

Hæc propoſitio temerarie aſſeritur & a frequentatione diuinorum myſteriorum impie & ſcandaloſe auertit. Propoſitio Septima.

Sacerdos non beneficiatus male facit petendo ſex albos dum celebrauit, quia nullum habet titulum ad accipiendum.

Hæc propoſitio ſecundum vtranque partem eſt falſa, cum ſacerdotes ſacrificium peragentes mercede ſua digni exiſtant. Propoſitio Octaua.

Temporalia debentur eccleſiaſticis ratione tituli ſuorum beneficiorum, non ratione impenſi officii ſpiritualis.

Quanquam prior pars huius propoſitionis ſane accipi poteſt: ſecunda tamen pars eſt erronea, cum propter officium detur beneficium.

De piis collectis. Tit. XII. Propoſitio prima.

FAcere dieb⁹ feſtis collectas per eccleſias, vt tradat collecta pecunia presbyteris celebraturis pro defunctis, vel de ſancto Sebaſtiano, vel alio ſancto abuſus eſt manifeſtus.

Hȩc propoſitio generaliter accepta in moribus erronea eſt, eccleſiȩ ritui manifeſte derogans, & fideles a ſtudio pietatis impie diuertens. Propoſitio. II.

Debent curati collectas remouere, & de ſuis parrochiis abolere omnino, atque hȩc facientes populum ſuum bene ædificant.

Hæc propoſitio loquendo de collectis, quȩ moderate fiunt citra diuini officii ac deuotionis populi notabile detrimentum temeraria eſt & falſa, fideles viuos & defunctos magnis ſpiritualiū bonorum ſubſidiis inique defraudans, & graue excitans in populo dei ſcandalum. Propoſitio Tertia.

Collectæ quæ cum peluibus fiunt veluti quædam inferni fuſcinulæ ſunt, pro diſpenſanda in ſacerdotes pecunia

Inſana eſt hæc ſimilitudo in grauem eccleſiaſtici ſtatus contumeliam maligne excogitata. Propoſitio Quarta.

Præſtat pecunias in aquā proiicere, quam eas in huiuſmodi collectas conferre.

Improba & ſtulta eſt huiuſmodi collatio, neque enim deus bona produxit, vt perdantur, ſed vt in vſus pios ac honeſtos expendantur.

De officio pro defunctis. Ti. XIII. Propoſitio prima.

OFficiū quod fit pro defunctis, in multis ſatis eſt ſuſpectum, nec ex ſcriptu-

ris aut alias certum eſt ꝙ ſic debeant fieri pro defunctis orationes.

Hęc propoſitio, impia eſt & ſchiſmatica hæreſi conſentiens Aerianorum, atq; Albigenſium, officium ſiquidem defunctorum ſanctis ſcripturis, & apoſtolorũ traditioni, vt teſtantur catholici doctores (Dionyſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus) conforme eſt.

Propoſitio Secunda.

Reſponſorium illud quod tam ſollicite in eorumdem mortuorum officio canitur, ſcilicet Libera me domine &c. eſt ab authore incerto, & non ſatis dignum quo in eccleſiæ vtamur officio, & adhuc minus offertorium illud, ſcilicet Domine Ieſu Chriſte rex gloriæ, libera animas &c.

Hę officii defunctorum deprecationes, in ſenſu quo eis vtitur eccleſia pię ſunt & catholicæ. Idcirco hæc propoſitio inconſiderate & ſcandaloſe prolata eſt, & viuentes a ſuffragiis animabus fidelium impendendis, improbe auertit.

Propoſitio Tertia.

Lectio illa, quę de ſecũdo Machabeorum libro in ipſo mortuorum legitur officio, ſcilicet Vir fortiſſimus Iudas, &c. non deberet in eccleſię officiis haberi, quia illi libri non ſunt de canone, nec per eccleſiam probati.

Hæc propoſitio, temeraria eſt & falſa, & officio eccleſiaſtico mendaciter dętrahit. Nam eccleſia, libros illos pro canonicis habet.

De fundatione obituum. Tit. XIII. Propoſitio prima.

FVndationes obituum, ſunt inuentiones diaboli.

Diabolica potius ſuggeſtione hęc aſſerta eſt propoſitio veritatis expers, de Aerianorum, Valdenſium atq; Vvitcleuiſtarum ſpiritu deprompta.

Propoſitio Secunda.

Fundare obitus in eccleſia eſt abuſus magnus, quos qui fundant, quiq; fundatos acceptant ſimiliter ſe damnant.

Hæc propoſitio falſa eſt, probato eccleſiæ ritui vehementer cõtumelioſa, & cultus diuini, qui potius ampliandus eſt diminutionem pernicioſe pętendit. atque a peccatorum ſatiſſactione, tam pro viuis, ꝗ defunctis debita, peruerſe retrahit.

ACta ſunt hæc in noſtra congregatione poſt maturam diſcuſſionem, anno domini milleſimo quingenteſimo viceſimotertio, die vero. xiiii. Nouẽbris. publicata autem ſecunda Decembris eodem anno, ſub actu ſolenni in ſcholis collegii Sarbonici, coram Decano & magiſtris eiuſdem Facultatis. pręſentibꝰ almæ vniuerſitatis Rectore, regiis conſiliariis, aliiſque plurimis teſtibus fide dignis. Prohibet pręterea eadem Facultas, omnibus tam magiſtris quàm bacchalariis, & quàm in theologia ſtudentibus, pręſentibus & futuris, ne contrarium pręfatę determinationis docere aut pędicare pręſumãt, ſub pœna priuationis & reſectionis ab eadem facultate. Cẽſet poſtremo iuxta ſuam doctrinam eos qui pędamnatos errores auſu temerario aut prædicando promulgauerit, aut quoquo pacto fuerint profeſſi, aut defenſauerint perſeueranter, fideliũ nomine nõ videri dignos. Siquidem diuus Paulus gentium doctor, capite ad Philippenſes tertio, recte ſic omneis admonet. Idem ſapiamus, & in eadem permaneamus regula.

FINIS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# SEQVVNTVR QVÆDAM

DAM Propoſitiones Eraſmicæ, Cenſura eiuſdem Facultatis Theologicæ, qua ſuperiores, notatæ: ſed per deſcribentis oſcitationem impreſſori nō traditę: quas quia ſuis locis nunc apponi non poterant, ad calcem duxit apponendas.

Ad Titulum. VII. De fiducia bonorum operum & meritorum apponendæ ſunt hæ duæ propoſitiones, Ex libello Eraſmi de miſericordia dei.

Propoſitio Prima.

QVantis malis patet qui fiduciam poſuerunt in meritis ac factis ſuis.

Propoſitio Secunda,

Domine vt ſcuto bonę voluntatis tuę coronaſti nos. Cum audis ait Eraſmus bonę volūtatis, intelligis excludi fiduciam meritorum.

CENSVRA.

Duplicem eſſe fiduciam meritorum exploratum eſt: alteram peruerſam & excludendam, eam videlicet quæ plus ſuæ iuſticię & meritis tribuit q̃ diuinę gratiæ aut miſericordiæ, quę arrogantia intumeſcens alios contemnit quaſi a ſe & ſua virtute merita habeat non dei gratia & miſericordia, ingratitudine quoque langueſcit minime gratias agens deo omnium bonorum largitori, dum nō attēdit ꝙ pręcipuus ſit auctor meritorum bonorum cogitatuum affectuum ac
2.ad Corin.ca.3. operationum. neq; enim vt ſcribit apoſtolus ſufficientes ſumus aliquid cogitare a nobis tanq̃ ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt qui in nobis velle ope-
Ad philip.2. ratur & perficere, qui tamen ſic illa in nobis operatur vt & nos cum eo operemur. quod monſtrans apoſtolus aſſerit non fore inanem laborem fideliū, eoſq;
2.ad Corin.ca.6. admonet ne inuacuum gratiam dei recipiant. in ſe iſtam gratiam dei vacuā non fuiſſe dicit. ſed ſecum laborantem, vnde patet hominis voluntatem in bonis ope-
1.ad Corit.ca.15. ribus habere ſuam actionem, q̄uis primatum bonorum operum & pricipalem actionem deo & gratiæ eius deberi certum ſit non humanę voluntati aut libero arbitrio, quem ſibi aſcribens hæc vana impia ingrata & præſumptuoſa fiducia meritorum aut bonorum operum maxime a ſe elongat fontem diuinæ miſericordię, & ideo excludēda eſt. Altera autem eſt fiducia meritotum ſiue bonorum operum pia humilis nec ingrata. Quę antea in ſecunda propoſitione huius tituli plene explicata eſt. hæc autem non modo vtilis eſt omnibus Chriſtianis adultis, ſed & neceſſaria. obligantur enim fideles adulti credere bona opera cum dei gratia eſſe neceſſaria & requiſita ad habendum vitam eternam. obligantur quoq; deſiderare eandem vitam æternā, & ponere eiuſmodi bona opera ad eam comparandam. iudicare etiam tenentur ꝙ deus benedictus illa bona opera pręmiabit ſicut ipſe decreuit. & patet per ſcripturas, hoc clare explicat apoſtolus: nam cum in vniuerſali ſua bona opera pręnominaſſet dicens, Bo-
2.ad Timo.cap.4. num certamē certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, mox ſubiungit, In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticiæ, quā reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Et ne quis putaret ſolis bonis operibus ſuis reddendam mercedem, beatæ immortalitatis coronam, ſubdit, non ſolum ſibi illam tribuendam, ſed &

hís quí dílígũt aduentum domíní,hoc eſt fidelibus bene in hac vita laborantibus quí domíní expectant aduentum.Proínde debent fideles iuxta definitionem apoſtoli in hac vita bene operari,& bene operando certo a domino mercedem expectare:alioqui fiducia ſpei catholicæ carerent,ſine qua non ſaluantur adulti,quapropter ſi pręfatæ propoſitiones huiuſmodi fiduciam meritorum & bonorum operum reſpuant aut inficientur,Lutheri impietati ſuffragentur:ſecus autem ſi de prima fiducia intelligantur,quę,vt dictũ eſt,omnino eſt abiiciẽda.

Ad Tit.XX.De cælibatu Sacerdotum.

Propoſitio ex libro de interdicto eſu carnium.

MVltæ cauſæ ſuadent mutationem legis cęlibatus in eccleſiaſticis.

CENSVRA.

Hæc propoſitio quatenus prætendit cauſas mutationis huiuſmodi legis validas eſſe,falſa eſt,vehementer ſcandaloſa,& in eccleſia ſancta ſchiſmatis Lutherani,ac hęreſis eiuſdem impiæ,nutritiua. Multæ enim ſunt & efficaces cauſæ impellentes ad ſanctam legis cęlibatus ſacerdotum obſeruationem retinendã, & nullatenus mutandam:& nullæ(quæ quidem iuſtæ ſint)ad oppoſitum. Nam ſi diuino cultui deputatis in lege veteri,cuius ſacramenta vmbræ tantũ erant ſacramentorum nouæ legis,in ordine vicis ſuæ altari deſeruientibus neceſſarium erat continere:cum tamen ipſi per ſucceſſionem generationis miniſtrare altari aſtringerentur,nec in ſua eſſet libertate hoc officium recuſare: eos enim neceſſum erat huiuſmodi munus obire qui de leuitica fuiſſent tribu exorti:potiori vtiq; ratione miniſtris altaris competit continentia.Non enim,vt illi, per generationem aſſumuntur,ſed per liberam proprię voluntatis electionem: nam nequaq̃ ſacros ordines ſuſcipere quiſpiam compellitur,ſed qui vult ordinatur,qui reſpuit ad illud non aſtringitur. Spontanea autem voluntate ſacros ordines ſuſcipientibus ſapiẽter ſpi ritu ſancto ſuggerẽte continentiam eccleſia adiecit,habita pręſertim ratione vſq; adeo præcellentis dignitatis tantorum ſacramẽtorum,quibus nihil ſanctius,nihil ſpiritualius,nihil diuinius.quapropter qui illis deputantur par eſt ſpirituales ſint & a carnalibus deſideriis eorumque occaſionibus & fomentis maxime elongentur.vt caſto animo ac incontaminato corpore ſanctam & immaculatam hoſtiam offerre mereantur:neq; admirãda illa & tremenda attrectent myſteria,qui nõ eximia pollẽt ſanctimonia.Huc accedit q; qui vitam cęlibem agunt externa occupatione,aut vxoris liberorum ve ſolicitudine minime prępediuntur.quominus ſacræ lectioni , orationi,meditationi,cęteriſq; id genus,vitæ contemplatiuæ officiis vacent liberius. Si autẽ vxores ducerent,qui ſacros ordines ſuſcipiũt,minus profecto libere domino intenderent.Nam,vt ait Apoſtolus,qui cum vxoribus ſunt,ſoliciti ſunt quæ ſunt mundi,quomodo vxoribus placeant:& diuiſi ſunt,quamobrem cũ magna inquietudine viuerent ſacerdotes cum vxoribus oneribus matrimonii implicati: ob quę multũ eos oporteret negociis ſecularibus innolui:a quibus tamen ipſe Apoſtolus deo militantes abſtinere debere decernit. Qui vero continentes ſunt & celibes permanent:quæ domini ſunt cogitant:quo ſcilicet pacto poſſint deo placere & caſtimoniam ſeruare,ac puritatem animæ & corporis:necnõ & peruigilant qui curam habent animarum tanq̃ domino decreditis ſibi ouibus ra-

.1.ad Corit.ca.7.

.2.ad Timoth.2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tionem reddituri, in magnam prætere pernicíem eccleſiæ conceſſa eccleſiaſti cis coniugia redundaret infinita ſiquidem propemodum confuſio in eccleſiam induceretur in immenſum excreſcente filiorum & filiarum multitudine: quæ ſúptibus alenda foret eccleſiæ: filiis quoq; parentes beneficia eccleſiaſtica qua ſi per manus tradentes & continua ſucceſſione a progenie in progenies ſuis il la reſeruantes familiis, leuiticum ſacerdotiū, quod ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech Chriſtus dominus abiecit inſtaurare viderentur. His autē perpē ſis facile eſt dignoſcere quantum a recto tramite exorbitent qui vſq; adeo ſacer dotalem ſtatum deiiciunt, vt poſt ſuſceptum ſacrum ordinem noua nuptiarum fœdera inire conſulant: id quod ne ipſis quidem Græcis vnquā licuit. Nā q̄uis voto continentiæ minime aſtringerentur reſpectu pręcedentiū nuptiarum: ne fas tamen ſemper illis fuit poſt ſuſceptum ſacerdotium nuptiarum, vinculo ſeſe illigare, aut mortua prima vxore ſecundam ducere. Si autē id a Gręcis inuiola biliter obſeruatum eſt, quanto valentiori iure ſacerdotes eccleſiæ latinæ quę vo to continentiæ ſe deuinxit poſt ſuſceptum ſacerdotii gradum nefarium eſt in rei vxoriæ ſeruitutem detrudere. Probanda itaq; eſt eccleſiæ latinæ continentia quæ ſanctitate pręfulget. Liberam concedit facultatem vacandi diuinis ſtudiis ac vtilitati rei eccleſiaſticæ magnopere conducit.

Ad titulum. XXXII & vltimum de theologia ſcholaſtica ad dendæ erant propoſitiones quinque quarum prima fuiſſet ſuo ordine Propoſitio. VI. quæ eſt in præfatione Eraſmi in Hilarii opera:

SAnctiſſimus vir Hilarius haud quaq̄ erat ignarus q̄ periculi plenum ſit, q̄ parum religioſum de rebus ineffabilibus loqui, incomprehēſibilia ſcrutari, de longe ſemotis a captu noſtro pronunciare.

CENSVRA,

Norat beatus Hilarius nullum eſſe periculum de diuinis pronūciare, confor miter ad ea quæ in ſanctis ſcripturis habētur, aut quæ in ſacris conciliis ecume nicis ſunt deciſa & definita: alioqui non pro illis tuendis exulaſſet ipſe, neque ad ea explananda inſignes libros edidiſſet.

Septima Propoſitio. In eadem præfatione in Hilarium.

SVmma noſtrę religionis eſt pax & vnanimitas. Ea vix conſtare poterit niſi de pauciſſimis definiamus, & in multis liberum relinquamus cuiq; ſuum iu dicium.

CENSVRA.

Religioni Chriſtianæ non parum conducere pacem & vnanimitatem explora tum eſt: dum tamen ea pax & vnanimitas pia ſit & recta: Si autem impia ſit & a catholica veritate aliena, quemadmodum ſolet eſſe in hæreticis, nullo modo confert, immo plurimum obeſt Chriſtianæ pietati. Vt autem diſſoluatur huiuſ modi impiorum conſenſus & pia ac recta in eccleſiam concordia ſtatuatur, o pus eſt catholica dogmata per eos qui authoritatem habent in republica chri ſtiana ſępius explicentur. Hac enim ratione ſchiſmata tolluntur & ſcandala: pullulanteſq; hæreſes eliduntur & peruerſę doctrinę: moreſq; fidelium compo nuntur, & fides ipſa in cordibus chriſtianorum radicatur. Sic olim perſequenti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bus eccleſiam hæreticis cum ſuę execrandę coniurationis complicibus, congregata ſunt generalia concilia vbi reiectis & damnatis impiis, pacem & concordiam eccleſia recepit. Vt autem id fieret crebro, oportuit aduerſus impietates atq; calumnias hæreticorum eccleſiam nō de pauciſſimis, ſed de multis definire aut declarare, quę tenenda, quęve reiicienda forent: neq; ſuper his quę ad pietatem ſpectant liberum relinquere cuiq; ſuum iudicium: alioqui nulla poſſet inter fideles in his quæ fidei ſunt, vnanimitas & concordia ſeruari. Proinde hęc propoſitio temerarie ac ignoranter aſſerta, diſſoluendæ vnitati fidelium viam ſeditioſe aperit: necnon & diſſeminandis pernicioſis erroribus.

Octaua Propoſitio. In eadem præfatione in Hilarium.

HOc eruditionis eſt theologicę, nihil vltra q̄ ſacris literis proditum eſt definire: verum id quod proditum eſt bona fide diſpenſare. CENSVRA.

Non eſt eruditionis theologicæ nihil de iis quæ ad fidem ſpectant definire, q̄ quod in ſacris literis formaliter & expreſſe habetur, aut quod ex illo clare deducitur: ſed impietatis Vvitcleuicæ aut lutheranæ: quandoquidem authoribus Dionyſio, Baſilio, Auguſtino, & aliis multis catholicis doctoribus, non minus credenda ſunt quæ a Chriſto ex apoſtolorum traditione habemus de ſacramentis & nonnullis aliis, q̄ quæ in ſcripturis ſanctis exprimuntur. Nec ſolis literarum monumentis iubet apoſtolus fidē adhiberi, ſed & traditionibus nudo ſermone explicatis. Quare præſcripta propoſitio eſt falſa, impia, & Vvitcleuicæ atq; lutheranæ perfidiæ conſentanea.

Nona Propoſitio. In eadem præfatione in Hilarium.

MVlta problemata nunc reiiciuntur ad ſynodum: multomagis conueniebat queſtiones eiuſmodi in aliud reiicere tempus cum ſublato ſpeculo & ænigmate videbimus deum de facie. CENSVRA.

Nequaq̄ a fidelibus cenſenda ſunt problemata, quæ in generalibus conciliis eccleſia determinat ſuper his quæ ad pietatē: ſpectāt a ſpirituſancto enim directa de illis tantum ibi decernit quæ ab omnibus chriſtianis inconcuſſe & inuiolabiliter ſunt tenenda. Propter quod hæc propoſitio temerarie & arroganter aſſeritur: quaſi neſciat diſcernere eccleſia quæ ſint aut non ſint problemata: quæ ſint aut non ſint definienda.

Decima propoſitio. In ſæpe dicta præfatione in Hilarium.

PVdet rabinos alicubi nihil habere quod reſpondeant.

CENSVRA.

Doctores ſcholaſticos magno dolore ac pudore affici certum eſt his temporibus dum vident impios homines ſacra eccleſiæ concilia etiam generalia perfricta fronte cōtemnere pariter & ſanctos doctores, ſanctas quoq; ſcripturas pro ſua libidine ad hæreticū ſenſum paſſim detorquere, cum tamen ſcholaſticis doctoribus quos hic ſcriptor pro contumelia rabinos appellat, minime deſit quid aduerſus perfidam Lutheri doctrinam reſpondeant. Eam ſiquidem manifeſtis argumentis & his ſolidiſſimis, & quæ vere diſſolui nequeāt, delyrare clare oſtēdunt. Quapropter cum eis vix audent Lutherani congredi aut pedem propius figere. Verētur enim ne ſi propius manus conſerere contingat, dum non habēt quid rationabiliter reſpōdere queant, confundantur, & ſua orbi inſcitia ac igno-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rantia propaletur. Hinc futiles ſane & enerues libros edere ſolent, multis quidem hæreſibus atq; blaſphemiis cõſperſos: verum nullis rationibus, nullis documentis, nullis ſcripturis niſi perperam detortis ſuffultos: id quod facile percipiunt qui illos non ſine iudicio legunt. Non enim ratione illos valere, ſed impudenti procacitate ac infami peruicacia ſeſe oſtentare deprehendunt. Nã morem patrum ſuorum hæreſiarcharum imitati, quando ab eccleſia catholica, extra quam indubie non eſt ſalus, veluti peſſimi tranſfugæ turpiter deſciuere, veritati neſciunt acquieſcere: ſed veluti qui furiis quibuſdam agitantur, tota malignitatis ſuę vi in catholicam pietatem debacchantur.

FINIS.

Menſe Iulio, Sub prelo Aſcenſiano Anno. MD.XXXI.

## Sequũtur varij ar-
ticuli erronei omniũ pene facultatũ: in anglia ⁊ pariſius: ſtudioſe ⁊ auctoritatiue ꝯdemnati cũ reuocationibus eorundem.

Prefatio.

**Uniuerſis pre**ſentes lr̃as iſpecturis Stephanus ꝑmiſſiõe diuia Pariſieſis eccl̃ie miniſter indignus Salutem in filio ꝟginis glioſe. Magnarũ ⁊ ꝑſonarũ grauiũ crebra zeloq; fidei accẽſa inſinuauit relatio: ꝙ nõnulli pariſiꝰ ſtudẽtes in artibꝰ ꝓprie facultatis limites trãſcẽdentes: q̃ſdã mãifeſtos ⁊ execrabiles errores: imo potiꝰ vanitates ⁊ inſanias in rotulo ſeu cedulis his ãnexo ſeu ãnexis ꝯtẽtos q̃ſi dubitabiles in ſcholis tractare ⁊ diſputare p̃ſumũt: nõ attẽdẽtes illud Gre. Qui ſapient᷑ loq̃ nitit᷑: magnope metuat ne eius eloq̃o audiẽtiũ vnitas ꝯfundat᷑ p̃ſertim cũ errores ꝑdictos gẽtiliũ ſcp̃turis muniũt q̃s ꝓh pudor ad ſuã impitiã aſſerunt: ſic cogẽtes vt neſciãt eis r̃ndere. Ne aũt qđ ſic innuunt aſſerere videant᷑: r̃nſiões ita palliãt: qđ dũ putant vitare ſcyllã incidũt in caribdim. Dicũt eni ea eſſe nota ⁊ vera ſꝫm phiam: ſꝫ nõ ſꝫm fidez catholicã: q̃ſi ſint due ꝟitates ꝯrie: ⁊ q̃ſi ꝯ ꝟitatẽ ſacre ſcp̃ture ſit ꝟitas in dictis gentiliũ dãnatorꝝ: de q̃bus ſcriptũ ẽ. Perdã ſapiam ſapiẽtũ qꝛ ꝟa ſapia ꝑdet falſã ſapiam. Utinã tales attẽderẽt dictũ ſapiẽtis ſeu ꝯſiliũ dicẽtis: Si tibi ẽ intellectꝰ: r̃nde ꝓximo tuo: ſinaũt: ſit manꝰ tua ſup os tuũ: ne capiaris in ꝟbo indiſciplinato ⁊ cõfundaris. Ne igit᷑ incauta locutio trahat ſimplices i errorẽ: nos tã doctorꝝ ſacre theologie q̃ȝ aliorꝝ cõicato cõſilio diſtricte talia fieri ⁊ ꝯſilia ꝓhibemꝰ ⁊ ea totaliter cõdẽnamꝰ: excõicantes oẽs illos qui dictos errores dogmatizauerint vel aliquẽ de eiſdẽ dogmatizare aut defendere vl̃ ſuſtinere p̃ſũpſerint quoq̃ mõ ⁊ audiẽtes eorũ: niſi infra ſeptẽ dies nob vel cãcellario pariſieſi duxerint reuelandũ: nihilominus ꝓceſſuri ad penas ꝯ eos ꝑ q̃litate culpe ꝓut ius dictauerit infligẽdas. Librũ ẽt de amore ſiue ď deo amoris: qui ſic incipit. Cogit me multũ ⁊c̃. et ſic terminat᷑. Caue igit᷑ galtere amoris exercere mãdata ⁊c̃. Item etiã librũ geomãtie: q̃ ſic incipit. Eſtimauerũt indi. ⁊c̃. ⁊ ſic terminat᷑ Rõcinare igit᷑ ſup eã ⁊ ſic iuenies ⁊c̃ Itẽ libros ⁊ rotulos ⁊ q̃ternos nigromãticos aut ꝯtinẽtes expimẽta ſortilegorꝝ: iuocatiões demonũ ſeu ꝯiurationes in ꝑiculũ aiarꝝ ſeu in q̃bꝰ de talibꝰ ⁊ ſilibꝰ fidei orthodoxe ⁊ bonis moribꝰ aut opibꝰ euidẽter aduerſantibꝰ tractat᷑: ꝑ eãdẽ ſniaȝ nr̃aȝ ꝯdẽnamꝰ: ⁊ oẽs q̃ dictos rotulos: libros ⁊ q̃ternos dogmatizauerint ⁊ audierint: niſi infra ſeptẽ dies nobis vel cãcellario pariſieſi reuelauerit: eo mõ quo ſupiꝰ eſt exp̃ſſum: In his ſcriptis ſententiã excõmunicatõis ferẽtes: ad alias penas ꝓut grauitas culpe exigerit nihilominꝰ ꝓceſſuri. Datũ Anno dñi Milleſimo ducẽteſimo ſeptuageſimoſeptimo: die dñica qua cantat᷑ Letare hierl̃m: in eccleſia pariſienſi.

## Collectio errorꝫ in
anglia ⁊ pariſiꝰ cõdẽnatorꝝ: q̃ ſic ꝑ capitula diſtiguũt᷑. Et p̃mo ď erroribꝰ ꝯdẽnatis i anglia.


De erroribus in grãmatica. j.
De erroribus in logica. ij.
De erroribus in naturali phia. iij.
De erroribꝰ pariſiꝰ cõdẽnatis a dño Guillermo epiſcopo pariſienſi. iiij.
De erroribꝰ quos condẽnauit Stephanꝰ eps pariſienſis. v.
De erroribꝰ quos idẽ dñs cõdẽnauit alia vice vbi primo ponunt᷑ errores de deo. vj.
Errores de intelligentia vel angelo. vij.
Errores de aia vel intellectu. viij.
Errores de volũtate ſiue libero arbitrio. ix.
Errores de toto cõiuncto ſiue de hoie. i. de cõpoſito naturaliter ꝑfecto. x.
Errores de mũdo ⁊ mũdi eternitate. xj.
Errores de celo ⁊ ſtellis. xij.
Errores ď nã generabiliũ ⁊ corruptibiliũ. xiij.
Errores de neceſſitate euẽtus rerũ. xiiij.
Errores de accidente. xv.
Errores de ſcientia ⁊ phia. xvj.
Errores de ſacra ſcriptura. xvij.
Errores de fide ⁊ ſacramentis. xviij.
Errores de raptu. xix.
Errores de vitijs ⁊ virtutibus. xx.
Errores de reſurrectione. xxj
Errores de felicitate ſiue btitudine xxij
Errores ꝯdẽnati piſiꝰ in facultate artiũ xxiij
Errores iohis guyon ordis frm miorꝝ xxiiij
Errores Johannis de mercuria ordinis ciſtercienſium. xxv
Errores mgr̃i nicolai de vltricuria xxvj
Itẽ quidã articuli damnati ab ep̃o piſieſi et mgr̃is theologie anno dñi. m. ccc. xl. Ca. xxvij
Copia cedule reuocatiõis quorũdã articulorũ fris dioniſij ſoulechat ordinis fratrũ minorũ facte per eundem pariſius ⁊ in curia romana. Capitulum xxviij
Reuocatio mgr̃i Johis de calore xxix
Reuocatio ludouici facta. Anno dñi. M. ccc. lxij. Capitulum xxx
Reuocatio guidonis fratris ordinis heremitarum ſancti Auguſtini. xxxj
Reuocatio ſimonis facta Anno dñi. m. ccc. j. Capitulum xxxij


R

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Articuli in q̃b' mgr̃ ſniaꝝ cõit̃ nõ tenet̃. xxxiiij
Determĩatio q̃dã pariſius facta ꝑ almã faculta
tẽ theologicã. Anno dñi. M.cccxviij. ſuꝑ qui
buſdã ſuꝑſtitiõibus nouiter exortis xxxiiij
Excerpta ꝑ̃ncipaliũ articuloꝝ tractat' cuiuſdã
ꝯtra errores fratris iohis de mõte ſono ordinis
ꝑ̃dicatoꝝ in quo ꝯtinent̃ etiã errores ꝯtra ima
culatã virginis marie ꝯceptionẽ. xxxv.

# Iſti ſunt errores cõ

ſa in noſtra cōgregatione generali pariſiꝰ apud
ſanctū Marthurinū ꝺ mane ſuꝑ hoc ſpecialit̄
celebrata. Anno dn̄i. M.cccxcviij. Die. xix.
menſis ſeptembris. In cuius rei teſtimoniuz ſi
gillum dicte facultatis p̄ſentibus litteris duxi/
mus apponendum.

Originale huius determinatiōis.
eſt ſigillatū magno ſigillo faculta/
tis theologice Pariſius.

Sequuntur excerpta p̄ncipalium articuloꝝ
tractatus cuiuſdam contra errores fratris Jo/
hannis de monteſono ordinis p̄dicatoꝝ Pari
ſius condemnatos.

Prefatio.

Apoſtolicis ver
bis edocti: parati ſemꝑ ad ſatiſfactio
nem omni poſcenti nos rationem de
ea que in nobis eſt fide ad tuitionem eius quā ꝓ
fitemur orthodoxe: et vt rationabilis quorūdā
errorum cōdemnatio Pariſius nuper facta ac
iuſtificatio exorte ſuꝑ hoc cauſe ⁊ aduerſantiuz
omniū quecūq; iniuſta rationabiliſq; ꝯqueſtio
oblocutio atq; vexatio ſingulis innoteſcat: pre
ſentē tractatum ſub apoſtolice Petri ſedis ⁊ ſe
dentis in ea ſūmi pōtificis correctione duximꝰ
compilandū. In quo vniuerſis xp̄i fidelibus q̄
ip̄m lecturi vel audituri ſūt ſupplicamꝰ affectu
vt equo animo puraq; mentis acie proſpiciant
vniuerſa nobiſcū ⁊c̄. Ad honorē ſācte ⁊ indiui/
due trinitatis cuius fidei cām agimꝰ p̄ntem tra/
ctatū aduerſus errores fratris Johis de mōte
ſono ordinis fratrū p̄dicatoꝝ nuꝑ in pariſiēſi ſtu
dio ꝯdēnatos ex deliberatiōe vniuerſitatis ſtu
dij pariſieñ. et ſpecialiter doctorū baccalaureorū
facultatis theologice cōpoſituz in tria capitula
diſtinguemus. In primo ad fundanduz pro
ceſſum factū ꝯtra dictū fratrē ꝑ dictā facultatē
theologie: ac etiam ꝓceſſum inde ſecutū coram
dn̄o ep̄o pariſiē. ad inſtantiā vniuerſitatis p̄di
cte declarabitur qualiter ad dictos ep̄m ⁊ facul
tatē theologie ꝑtinet aſſertiones hereticas vel
in fide erroneas ⁊ ꝯ aſſerētes eas Pariſius cō/
demnare. In ſcd̄o declarabit̄ ⁊ tā rōnibꝰ q̄z
autoritatibus ſctōꝝ ⁊ doctoꝝ ꝓbabit̄ φ aſſer
tiones dicti fratris ꝑ cedulā dicte facultatis di/
cto dn̄o ep̄o tradite: fuerūt rōnabiliter ꝯdēnate
In tertio q: mgr̄ ac ꝓcurator generalis ⁊ nō
nlli dicti ordinis fratres ꝯtra p̄dictū ep̄m ⁊ ſibi
adherentes ad ſedē ap̄licam appellauerūt: int̄
memoratas dicti fratris aſſertiones: vt p̄fertur
damnatas: aliqs ad ſancti thome de aq̄no ꝑti/
nere doctrinā quā aſſerūt ꝑ eccl̄iam approbatā
ideo declarabitur doctrinā hmōi ſancti thome
non ſic approbatā eſſe: φ ꝓpter eam oporteat
ante dictam cōdemnationē aut dicti ep̄i ꝓceſſū
aliqualiter impedire.

Capitulum. j.

Circa primuz princi
pale eſt hec diuiſio p̄mittenda. Q. diffinitio cir
ca ea que ſunt fidei. i. approbatio ꝟitatis alicuꝰ
tanq̄z catholice: vel reprobatio aut ꝯdemnatio
oppoſite falſitatis tanq̄z heretice aut ī fide erro
nee pōt eſſe dupliciter. Uno mō ſcholaſtice ⁊ do
ctrinaliter. Alio mō autoritatiue ⁊ iudicialiter.
Et hic ſcd̄s modus eſt duplex ſm φ hec autori
tas iudiciaria eſt biꝑtita. Una eſt ſimpl̄r ſupre
ma: alia eſt inferior ⁊ ſubordinata. Juxta hanc
trimembrē diuiſionē q̄ clara ē ſunt tres ꝯcluſio
nes p̄ncipales declarāde ⁊ deinde ex eis quedā
alie ſubinferende. Prima erit de diffinitiōe iudi
ciali ⁊ autoritatiua ſup̄ma. Scd̄a de inferiori
et ſubordinata. Tertia de doctrinali et ſcho/
laſtica. Et ip̄aꝝ ꝓbatio p̄ncipaliter fundabit̄ in
iure diuino.
Prima igit̄ ꝯcluſio eſt. Ad ſctām ſedē ap̄licam
ꝑtinet autoritate iudiciali ſup̄ma circa ea q̄ ſūt
fidei iudicialiter diffinire. Et hec ꝓbat̄: q: ad il/
lius tāq̄z ad ſup̄mi iudicis autoritatē ꝑtinet in fi
de iudicialit̄ diffinire cuiꝰ fides nūq̄z deficit. Sz
ſancte apoſtolice ſedis fides nunq̄z deficit: igit̄.
⁊c̄. maior eſt nota: ſed minor ꝓbatur. Quia de
hac ſācta ſede in ꝑſona petri ap̄li in ea p̄ſidētis
dictū eſt. Petre rogaui ꝓ te vt nō deficiat fides
tua Luc̄. xxij. Propter qđ dic̄ Cyprianꝰ. xciij.
diſtin. Qui ⁊c̄.
Scd̄a cōcluſio eſt φ ad ep̄os catholicos perti/
net autoritate inferiori et ſubordinata circa ea q̄
ſunt fidei iudicialiter diffinire. Et hoc probatur
Quia ad eos ꝑtinet iudiciali autoritate inferio/
ri ⁊ ſubordinata in fide diffinire ad q̄s ꝑtinet cō
ſil̄r eccl̄iam regere. Sed ad ep̄os catholicos ꝑti
net ſecūdū: igit̄ ⁊ p̄mū. Maior patet: q: eccl̄ie



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

regimē maxime ↄcernit fidē et iō cui iure diuio cōmittiť eccl'iaƺ regere: ei eodē iure cōmittiť de fide cognoſcere ⁊ iudicare. Sƺ mioꝛ ꝓbať auto ritate Pauli. acť. xx. vbi diċ. Attēdite vobis ⁊ vniuerſo gregi in q̄ vos ſpūſſctūs poſuit ep̄os eccl'iam regere dei. Vn̄ patƺ ꝙ iure diuino ⁊ au toꝛitate ſpūſſancti ep̄i poſiti ſunt ad regimen ec/ cleſie dei. Regimē aūt ipoꝛtat iuditialē autoꝛi/ tatē ḡ ſequiť ꝙ ad eos ptinet autoꝛitate iudicia li iferioꝛi ⁊ suboꝛdinata ⁊ ſup̄me autoꝛitati ſub/ iecta eccl'iam regere ⁊ p cōſequens de fide cog/ noſcere ⁊ in ea diffinire. Vn̄ patet ꝙ de tali regi mine ad fidē ptinere loquať apl's ⁊c̄.

Tertia ↄcluſio eſt ꝙ ad doctoꝛes theologos p tinet determiare doctrinali ⁊ ſcolaſtica circa ea que ſunt fidei doctrinaliter diffinire ad quos p/ tinet ſacrā ſcripturā docere ⁊ ex ea hereticas aſ ſertiones ⁊ in fide erroneas repꝛobare ac verita tes catholicas appꝛobare. Sƺ ad doctoꝛes the ologos ptinet ſcōm: igiť ⁊ p̄mū. Pꝛobationes minoꝛis ⁊ maioꝛis vide ſi vis in dicto tractatu.

Ex p̄dictis cōcluſionibus patƺ rn̄ſio ad p̄ncipa lē articulū. ſ. ꝙ ad ep̄m pariſien̄. ⁊ ad theologie facultatē ptinet aſſertōes hereticas aut i fide er roneas ⁊ ↄtra eas aſſerētes piſi⁹ cōdēnare. Qꝛ per ſcd̄aƺ ↄcluſionē patet ꝙ hoc ad ep̄m ptinet diffiniendo iudicialiter. Et per tertiā ↄcluſionē patet ꝙ ad facultatē theologicā ptinet diffiniē/ do doctrinaliter. Sƺ adhuc ad magis fundādū ꝓpoſitum tres alie ↄcluſiones ex p̄miſſis ſunt ſubinferende.

Quarta igiť ↄcluſio ē ꝙ ad dictos ep̄m ⁊ facul tatē theologie ptinet nō ſolū ↄiunctim ſed ⁊ di/ uiſim modis p̄dictis aſſertiōes hereticas aut er roneas cōdēnare. licet tn̄ qn̄ꝙ rōnabiliť ↄſue/ uerint in hmōi ↄdemnatiōe cōiunctim ꝓcedere Pꝛobationes dimittunť hic cā breuitatis.

Quinta ↄcluſio. ad dictā facultatē theologie ↄ̄ certas pſonas. ſ. ↄ̄ ſingulares mgr̄os ⁊ baccala rios eidem facultati iuratos ptinet qn̄ꝙ non ſo lū doctrinaliter ſed etiaƺ iudicialiter aliquo mō aſſertiones hereticas: aut erroneas ↄdemnare Et hec ↄcluſio ꝓbať ex triplici radice. Pꝛima ꝓbatio fundať ex cōceſſa eis ptāte ⁊c̄. Scd̄a ꝓ batio fundať in obſeruata cōſuetudine ⁊c̄. Ter tia eiuſdem cōcluſionis ꝓbatio fundať in publi ca vtilitate. ⁊c̄.

Sexta ↄcluſio eſt ꝙ ad ſupioꝛē iudicem ptinet ꝓceſſum p dictos ep̄m ⁊ facultatē theologie fa ctū nec ſine magna ⁊ notabili cā fauoꝛabiliť im/ pedire: nec appꝛobatiōi ↄ̄ eos in cā fidei interie cte ſine matura deliberatiōe ⁊ p̄uia infoꝛmatōe deferre. Et hec ꝓbať qꝛ ⁊c̄.

Ex dictis ↄcluſionibus ad ꝓpoſitū applicatis ptƺ luce clarius iuſtificatio ꝓceſſus facti ↄ̄ dictū fratrē Johannē ſicut patet in ſigulis articulis

Pꝛim⁹ igiť articul⁹ ⁊c̄. Qꝛ cū dict⁹ frater infraſcri ptos erroꝛes Pariſi⁹ i ſcolis publice dogmat ƺauerit: ⁊ coꝛaƺ facultate theologie euocatus p decanuƺ eiuſdē facultatis monitus charitatiue ip̄os coꝛrigere recuſauerit ꝓteſtās eos vſꝙ ad moꝛtē velle defēdere dicta facultaſ erroꝛes hui⁹ potuit ⁊ merito debuit doctrinaliter ↄdemnare Pꝛima pars ſcƺ ꝙ hoc potuit: patet ⁊c̄.

Scd̄s articulus eſt: ꝙ dicta facultas theologie coaſſumptis ſibi mgr̄is aliarū trium facultatuƺ vniuerſitatis Pariſiē. doctoꝛes p̄us p eos exa minatos ⁊ doctrinaliť ↄdēnatos merito debu it dn̄o ep̄o pariſiē. tanꝙ iudici oꝛdiario iudicia liter denunciare. Et hoc clare patet ex ſecunda concluſione ⁊ eius pꝛobatione: ſed adhuc ⁊c̄.

Quāobꝛē p̄nominate facultatis theologice ma giſtri tribus alijs facultatibus ſibi coaſſumptis ⁊ coadiunctis nūciauerūt eccleſie. Ex quibus patet triplex rō denunciatiōis p̄dicte: quā ſecre ta ⁊ charitatiua monitio p̄ceſſit licet tn̄ hoc non eſſet neceſſe ſicut patet ex doctrina ſci Thome. ij. ſcd̄e. q. xxxiij. ar. vij. vbi docet ꝙ pctā publi ca ſť publice arguēda iuxta illō apli ad thimo. v. Peccantē coꝛā oībus argue vt ceteri timoꝛē habeāt. Qd̄ intelligiť de pctis publicis vt dicit Aug. in li. ve verbis dn̄i ⁊c̄.

Tertius articulus eſt ꝙ dicta facultas in ſcolis ſuis theologicis ⁊ dict⁹ ep̄s in locis ſue dioceſ. p̄miſſoꝝ erroꝝ dogmatizationē publicationeƺ aut defenſionē finaliter inhibere potuerūt ⁊ de buerunt iudicialiter ꝓhibere ⁊c̄.

Sed huic articulo opponunť tria q̄ ponit dict⁹ frater in ſupplicatiōe ſua ſeu querela dn̄o pape expoſita: in qua fere tot ſūt mēdacia q̄t ſunt ver ba. Pꝛimū eſt qꝛ alique cōcluſionū ſuaꝝ tra hūť ex doctrina ſci Thome: quā facultas theo/ logie alia exp̄ſſe cōmēdauit: ⁊ dn̄s Steph. ep̄s pariſien̄. p ſuas litteras appꝛobauit. Scd̄m ē ꝙ dn̄s Vrbanus papa q̄ntus p eius bullā vni uerſitati ſtudij Tholoſani ſcripſit ⁊ voluit eiuſ dem ſancti doctrinā tāꝙ benedictā et catholicā ſequi ⁊ teneri a xp̄icolis ⁊ ſtudioſis: ⁊ eam ꝓ vi ribus ampliari. Tertiū eſt ꝙ ſoli⁹ ſedis aplice eſt declarare dāṅare ⁊ appꝛobare. Vn̄ poſtea cōcludit ꝙ dictus dn̄s ep̄us apponens falcē in meſſem ſūmi pontificis dictas cōcluſiones pꝛo/ nūciauit ⁊ decreuit falſas hereticas ⁊ erroneas Et cauſam ſubdit ibidem: qꝛ iſta que tangūt fi/ dē ſunt de maioꝛibus eccl'ie cauſis ⁊ q̄ ad ſolum ſūmū pontificē ꝓ examinatiōe ⁊ deciſiōe defer ri debēt. Ex q̄bus ſequi videť ꝙ nec ep̄s nec fa/ cultas p̄dicta cōcluſiones p̄dictas potuerūt iu dicialiter dānare nec eaꝝ dogmatizationē aut publicationē vel defenſionem finaliter cohibe re. Ad illa aūt faciliter reſpondeť.

Vn̄ ad p̄mum reſpondet vniuerſitas in ſuis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lr̄is patentib⁹. Nos inquit milleſies diximus ⁊ vt videmus non ſufficit q̄liter ſcti Tho. doctri/ nā in dicta noſtra ꝯdemnatiōe neq̄ʒ reproba/ mus ſed hūc eiuſq̄ꝫ fautores doctrinam eius ad diſtortū fideiq̄ꝫ abſonū ſenſum adaptantes aut vltra q̄ʒ fieri debet ꝯtra eiuſdē doctoris docum tum dilatātes cōdēnamus: audacter aſſerimus Et hec clare patebunt ex dicendis in ſecundo ⁊ tertio capl'is: vbi manifeſte ꝓbabit̄ ꝙ ꝑdicte er ronee cōcluſiones nō trahunt̄ ex doctrina ſācti Thome: ſed magis ꝯtrariant̄ eidē. Ad ſcd̄m r̄ndet̄ ꝙ ex ꝑdicta bulla dn̄i Urbani vel ex pal legata lr̄a dn̄i Stephani ep̄i aut alia q̄cū q̄ꝫ litte ra autentica nō pōt ſufficienter concludi ꝙ ſan/ cti Tho. doctrīa ſit in oīb⁹ approbata: ſicut cla re oſtendet̄ in tertio capl'o hui⁹ tractat⁹. Et ad hoc adijciūt aliqui talē rōnem. Illa doctrina nō pōt ſic eē in oībus approbata q̄ multa ꝯtinet in fide erronea. Sed vt dicūt ꝑdicta ſancti Tho. doctrina non ſolū in materia de abſoluta neceſ ſitate creature: d̄ qua ꝑſentes controuerſie infe rius in tribus vltimis concluſionibus tertij ca pituli ſpecialiter tractabitur: ſed etiam in pluri bus alijs multa ꝯtinet in fide erronea: qd̄ decla rant. Nam in ꝑma pte ſumme. q. xlvij. arti. vl. in reſponſione vltimi ar. dicit ꝙ non eſt poſſibi le aliā terrā eſſe q̄ʒ iſtā: q: oīs terra naturalit̄ fer retur ad hoc mediū vbicū q̄ꝫ eſſet: ⁊ notū eſt ꝙ nō loquit̄ de potentia nature. Item in articu/ lo vltimo dicit ꝙ impoſſibile eſt duos angelos eſſe vnius ſpeciei: ⁊ ꝙ impoſſibile eſt eē pl'es al/ bedines ſeꝑatas a ſubſtātijs: que vident̄ eē cō/ tra articulū de oīpotētia dei: et cōtra veritates creditas circa ſacramentū altaris. Item infra q. lxxviij. arti. iij. et. vj. et in q̄ſtionibus diſpu/ tatis tenet articulū de vnitate forme ſubſtantia lis in hoīe: q̄ eſt decimuſquartus articulus q̄n/ te partis de euan. eterno dānatus ꝑ Alexādrū Itē ex hac opinione Thome de vnitate forme ſicut dicit in gloſa okam in dialogo ſuo cōcluſi ones ſequuntur que in anglia fuerunt ſcādalo/ ſe. ſcꝫ ꝙ corpus xp̄i non fuit idem numero viuū ⁊ mortuū: ⁊ hoc concedit ſanctus Thomas in/ queſtionibus diſputatis. q. lxiij. qd̄ nō fuit ſim pliciter. Un̄ ſequit̄ vltra ꝙ caro mortua nun q̄ʒ fuit viua: ⁊ ꝙ corpora ſanctoꝝ mortuoꝝ nū q̄ʒ fuerunt corpa ſanctoꝝ viuentiū ⁊ ideo reliquie corpoꝝ ſanctoꝝ nun q̄ʒ fuerūt partes corporū viuentium nec corpus xp̄i qd̄ fuit vulneratū in cruce iacuit in ſepulchro: que oīa ſunt abſurda.

Ex quibus ⁊ alijs plurib⁹ erroribus ꝯtra q̄s quidā doctores ſp̄eales cōpoſuerūt tractat⁹ cō cludunt iſti: ꝙ hm̄oī doctrina nō pōt eſſe in oi/ bus approbata: nec hoc obſtat ei⁹ ſanctitati vel canonizatiōi: q: nō obſtāte gl'ioſo martyrio Cy priani ipſe errauit in fide: ſicut patet. iiij. ſentēt. diſt. vj. ⁊ infra dicetur ca. iij. Unde ſctitas vi/ te non infert ſanctitatē doctrine: ſicut patet de Papia martyre: qui fuit patronus ſecte hereti ce. Unde ex his omnibus inferūt ꝙ ꝑdicta ap probatio Urbani quinti nō eſt huius doctrine approbatio vniuerſalis ſꝫ tan q̄ʒ doctrine vtilis ⁊ in multis ꝓbabilis: ſicut doctrina pape magi ſtraliter dicta ſola habet autoritatem magiſtra lem ſicut dn̄s Innocenti. q̄rtus de ſuo appara tu teſtatus eſt. Sꝫ de hac materia copioſi⁹ īfra dicet̄ in trib⁹ ꝑmis ꝯcluſionib⁹ tertij cap. ⁊ ideo breuius ꝑtranſimus. Ad tertiū obiectū r̄ndet̄ primo ꝙ nec facultas ⁊c̄.

Capitulum. ij.

Circa ſecūdum prin cipiū in quo declarandū eſt ꝙ aſſertiones dicti fratris ꝑ cedulā theologie facultatis dicto do mino ep̄o traditā fuerūt rōnabiliter ꝯdemnate Premittendū eſt vnū ꝑambulū generale qd̄ in aliquibus dictarū aſſertionū ⁊ earū ꝯdēnatiōe eſt neceſſario ꝑnotādū. vicꝫ ꝙ licet aliq̄ propo ſitio vel aſſertio poſſit habere aliquē ſenſum ve rum tamē pōt rōnabiliter cōdemnari tan q̄ʒ re/ uocanda ꝓpter alium ſenſum falſum in ea vl' in eius ꝓbatione intellectū. Et hec ſuppoſitio ꝓ/ bat̄ tā rōnibus q̄ʒ autoritatib⁹ ſcōꝝ doctoꝝ et ſp̄ealr̄ ex dictis ſcti tho. de aq̄no vt pars aduer ſa ⁊c̄. Quarto ꝓbat̄ ſuppoſitio ꝑmiſſa ⁊ ſingu/ lariter declarāda eſt ꝑ exēplū ſumptū ex doctri na eccl'ie. Nā ꝑ eccl'iam nōnun q̄ʒ aſſertio ambi/ gua habens aliquem ſenſū catholicū eſt dam/ nata: imo q̄n q̄ʒ aſſertiones ꝯtradictorie ſc̄m vo cē ꝑ eā ſūt dānate ⁊ iō altera eaꝝ vel vtra q̄ꝫ ali/ quē habet ſenſum catholicū. Et ecce exemplū manifeſtū. Nā Iſid. in li. ethy. c. v. li. viij. ⁊ ha betur. xxiiij. q. iij. ca. quidā aūt. aperte inſinuāt ꝙ vtra q̄ꝫ iſtaꝝ: deus creat mala: deus nō creat mala eſt hereſis cōdemnata: vnde ⁊ aſſertores vtriuſq̄ꝫ reputat hereticos dictos. Colliciani a quodā Colico noīati: q̄ dicūt deū n ō facere ma la: cōtra illud qd̄ ſcriptū eſt. Ego deus creans mala. Floriani a Floriano q̄ ecōtrario dicūt de um creaſſe mala ꝯtra illud qd̄ ſcriptū eſt. Fecit deus oīa bona: Ex quibus colligit̄ ꝙ vtra q̄ꝫ iſtarū eſt hereſis condēnata ⁊ tamē iſta aſſertio de⁹ creat mala: hꝫ aliquē ſenſū catholicū. ſ. iſtū deus creat mala pene: ⁊ ſimilr̄ iſta: de⁹ nō creat mala hēt ſenſum catholicū. ſ. iſtū deus nō creat mala culpe ⁊c̄. Hac igit̄ ſuppoſitiōe ꝑambula ſic firmit̄ ſtabilita ſingilatim declarandū eſt ꝙ aſſertiones dicti fratris fuerūt rōnabilit̄ ꝯdēna te. Prima igit̄ ꝓpoſitio ſua fuit. Maior eſt vnio hypoſtatica in xp̄o q̄ʒ vnio triū ꝑſonarū in eſſentia increata.

Scd̄a. poſſibile eſt eſſe aliquā creaturā purā in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

puris naturalib⁹ que ita poſſꝫ ſibi ⁊ homini mereri ſicut aīa xp̄i ↄcurrēte grā habituali: nō eſt tñ aliqua poſſibilis que tam ↄueniēter ↄgruenter ⁊ ſufficiēter hominē poſſet redimere et ſaluare ſicut xp̄s. Et iſta cōdemnat̄ reuocanda tāq̄ falſa ⁊ male ſonans ⁊ erronea ad intellectū probationis ſue videlꝫ de gratia aīe xp̄i quo ad primā eius partem.

Tertia. Aliqua pura creatura rōnalis pōt ī puris naturalibus beatifice dei eſſentiaꝫ intueri: ⁊ hāc dicit patere de creatura p̄dicta. Et iſta cōdemnatur reuocāda. alias Pariſius damnata tanq̄ erronea in fide.

Quarta. aliqua pura creatura eſt poſſibilis ꝑfectio aīa xp̄i in merēdo. ꝑuta grā aīe xp̄i. Et hec damnat̄ reuocāda tāq̄ falſa: erronea: abſurda in theologia et phīa et theologice doctrine irriſiua. Addit huic ꝓpoſitioni iſtā verificationeꝫ et ſi non quo ad q̄titatē meriti: tamen quo ad modū merēdi. ⁊ hec oīa eidē ꝓdeſſe nō poſſunt

Quita: videt̄ mihi ꝙ talis creatura ſi poneret̄ eſſe ſimpliciter genus. Et hec cōdemnat̄ reuocāda ſicut immediate p̄cedens.

Sexta. ponere aliqđ creatū vl̄ aliqua creata eē ſimplicit̄ ⁊ abſolute neceſſe eſt nō eſſe cōtra fidē Et hec cōdēnat̄ reuocāda tanq̄ falſa et male ſonans in fide ſm̄ cōem modū theologoꝝ.

Septima: ncc̄e eē nō repugnat eē cauſatū Et h̄ ↄdēnat̄ reuocāda tanq̄ falſa et erronea in fide.

Octaua: mag̃s eſt ↄſonū fidei ponere aliq̄d citra primuꝫ eſſe abſolute ⁊ ſimpliciter neceſſe q̄ ponere ipm̄ ſine aliq̄ additōe eē neceſſe eē. Et h̄ ↄdēnat̄ reuocāda tanq̄ falſa ⁊ erronea ꝓpt̄ falſam implicationē ⁊ erroneā cōparationis quaꝫ includit ꝙ aliquā rē creatā eſſe neceſſe eſſe. ſ. ſine aliqua additione eſt cōſonū ſacre ſcripture: et ꝑ ↄſequēs aliqđ creatū eſt increatū: quod ↄtradictionem includit.

Nona. aſſerere aliq̄d fore verū qđ eſt ↄtra ſacrā ſcripturā eſt exp̄ſſiue ↄtra fidē. Et hec ↄdēnat̄ reuocāda tanq̄ falſa ⁊ iniurioſa ſc̄tis et doctoribus ſi eam intelligat vniuerſaliter ꝓut in ꝓbatione eius videt̄ p̄tendere.

Decima. nō oēm hoiem p̄ter xp̄m cōtraxiſſe ab Adam pctm̄ originale eſt expreſſe contra fidem Et hec damnatur reuocāda tanq̄ falſa ſcādaloſa ⁊ piaꝝ auriū offenſiua ⁊ p̄ſūptuoſe aſſerta nō obſtante ꝓbabilitate q̄ſtionis: vtrū beata v̄go fuerit in peccato originali cōcepta ⁊c̄.

Undecima: btām Mariā v̄ginē ⁊ dei genitricē nō ↄtraxiſſe pctm̄ originale eſt expreſſe cōtra fidē. Et hec cōdemnat̄ reuocāda tanq̄ falſa ſcādaloſa p̄ſūptuoſe aſſerta ⁊ piaꝝ auriū offenſiua

Duodecima. tm̄ eſt contra ſacrā ſcripturā vnū hoiem eſſe exemptū a pctō originali p̄ter xp̄m ſicut ſi decē homies ponerent̄ exempti. Et hec cōdemnatur ſicut p̄cedēs reuocāda tanq̄ falſa ſcādaloſa: preſumptuoſe aſſerta ⁊ piarum aurium offenſiua.

Tredecima. magis eſt expreſſe ↄtra ſcripturaꝫ ſacrā btām v̄ginē nō eē ↄceptā in pctō originali q̄ aſſerere ipam ſiml̄ fuiſſe btām ⁊ viatricē ab inſtanti ſue ↄceptōis vel ſanctificatōis. Et poſt q̄ ꝓbauit correlariū: dixit ꝙ pari mō videret̄ dici ꝙ magis eſt exp̄ſſum ipam vnitā fuiſſe hypoſtatice ⁊ hoc idē in cōſiſtorio ⁊ in ſcripto ſuo corā iudicib⁹ recitauit. Hec aūt ꝓpoſitio ↄdēnat̄ ſicut p̄cedens reuocanda tanq̄ falſa: ſcādaloſa p̄ſumptuoſe aſſerta ⁊ piarū auriū offēſiua ⁊ merito potuiſſet rigoroſius ↄdēnari: q̄ nulla p̄cedentium eſt ita temeraria.

Quartadecima ⁊ vltima. In expoſitione ſacre ſcripture ſiue declarādo ꝑ eccl̄iam ſiue ꝑ doctores ſiue excipiēdo ꝑ q̄cūq̄: de ſacra ſcriptura ⁊ nō aliūde trahēda eſt determinatio declaratio ſiue exceptio: ſicut in grāmatica ↄtra reglas poni in eodē exceptio reperit̄. Et hec ↄdemnatur reuocāda tāq̄ falſa ⁊ erronea ſi intelligat ꝙ exceptio vel expoſitio ſit trahēda exp̄ſſe: ⁊ explicite ex ſcriptura ſacra ⁊ non aliunde ꝓut videtur p̄tēdere alit̄ nō eēt ad ꝓpoſitū ſuū. Haꝝ ꝓpoſitionū improbationes diffuſe ⁊ pulcherrime ponunt̄ in dicto tractatu.

## Capitulum. iij.

**Circa tertium p̄̄inci**pale in quo declarandū eſt ꝙ doctrina ſci Thome nō ſic eſt approbata ꝙ ꝓpter eā oporteat an̄dictā ↄdēnationē aut dicti epi ꝓceſſuꝫ aliq̄liter impedire p̄mittenda eſt hec diuiſio. Qꝫ aliquaꝫ doctrinā eſſe ꝑ eccl̄iam approbatā pōt triplicit̄ intelligi Uno mō ꝙ talis doctrina ſit ꝑ eccl̄iam tanq̄ vtilis ⁊ in fide ꝓbabilis acceptata ⁊ tāq̄ talis inter ſcolaſticos diuulgata. Secundo mō ꝙ talis doctrina ſit ſic approbata ꝙ oportet credere ꝙ ipa ſit in oi ſui ꝑte vera. Tertio mō ſicut ipa ſic ſit approbata vt oporteat credere ꝙ ipſa in nulla ſui parte ſit in fide erronea vel heretica Nam multa ſunt falſa que non ꝑtinent ad fidē q̄ tñ nō inducūt errorē ↄdēnabilē ⁊ in talib⁹ nō cadit hereſis q̄ hereſis importat corruptioneꝫ fidei xp̄iane. In talib⁹ aūt falſitas aut error ad corruptioneꝫ fidei xp̄iane nō pertinet: vt dicit ſc̄tus. Tho. ij. ij. q. de hereſi. arti. ij. Et iō patet ꝙ approbatio alicuius doctrīe ſcđo mō maior eſt approbatōe alicuius tertio modo. Prim⁹ aūt modus approbationis multū differt a duobus alijs: q̄ multe ſunt doctrine illo primo mō approbate que ↄtinent nō ſolū falſa immo etiā q̄dam in fide erronea: vt inferius patebit. Un̄ p̄mus modus approbationis cōmunis ē mltis doctrinis ſeu libris vel tractatib⁹ ſanctoꝝ ⁊ do

ctoꝝ:ſed ſecūdus ⁊ tertius valde paucis ſcri
ptis ꝯueniūt.ſ.ſoli doctrīe ſcripture ſacre ⁊ vni
uerſalis eccl'ie vt ꝗdā dicūt: ſicut apparebit ex
dicēdis:⁊ iō vterqꝫ iſtoꝝ maior eſt pmo. Quili
bet aūt pdictoꝝ modoꝝ pōt ſbdiuidi: q: talis
approbatio alicuius doctrine pōt eſſe expreſſa
vel tacita. Expſſa quidē ꝑ ſcripturā autēticam
ſicut per autoritatē ſcripture diuine vel cōſtitu
tionē eccleſie vel bullam aplicam aut aliā lr̃am
autēticā alicuꝰ ꝑſone vel collegij in h̄ ptātē ha/
bentis. Et ſic expſſe approbata ē doctrina ſcri/
pture ſacre noui ⁊ veteris teſtamēti: generaliū
cōciliorꝝ:eplaꝝ decretaliū: ⁊ quorūdā opuſcu/
loꝝ ſcōꝝ patrū:ſic patet ex decreto Gelaſij pa
pe.xv.di.c.ſctā romana. Tacita vo poteſt eſſe
alicuꝰ doctrine approbatio ꝑ tollerantiā ſeu ꝑ
miſſionem eccleſie ⁊ ſic multe ſunt doctrine ap/
probate nō ſolū ſcōꝝ patrū: ſed etiā quorundā
doctoꝝ ⁊ mgr̃oꝝ qui ſcripſerūt ſummas lectu/
ras diuerſas ⁊ in ꝗbuſdā inter ſe aduerſas tā in
theologia ꝗꝫ in iure canonico ſicut patꝫ de mul
tis doctoribꝰ vniuerſitatis pariſieñ: ⁊ alioꝝ ſtu
dioꝝ. Et hec tacita eorū approbatio habet im
plicite ex pallegato decreto Gelaſij pape vbi di
cit. Opuſcula atqꝫ tractatus oium prm ortho/
doxoꝝ qui in nullo a ſancto romane eccl'ie ꝯſor
tio deuiauerūt:nec ab eiꝰ fidei pdicatiōe ſeiūcti
ſunt legēda decernimꝰ. Vñ q: hic gnāliter oim
illoꝝ mgr̃oꝝ vel doctoꝝ qui hmōi ſunt appro/
bata tacita.ſ. ⁊ implicita lꝫ nō explicita: ſed de
opuſculis eoꝝ diligēter obſeruanduꝫ eſt quod
ibidē ſequit. Ex cū hec ad catholicorū manꝰ ad
uenerint beati pauli aplī ſnīa pcedat. Oia ꝓba
te qd̄ bonū ē tenete. Juxta primā diuiſionē de/
clarāde ſunt tres pncipales ꝯcluſiōes circa ap/
probationē doctrīe ſci thome: deinde alie tres
ſpāles circa doctrinā eiꝰ d̄ abſoluta nēcitate cre
ature. Prima igit ꝯcluſio ē. Doctria ſci thome
in opuſculis ſuis theologicis ꝯtēta pmo mō eſt
ꝑ eccl'iam approbata ⁊ tanqꝫ vtilis et ꝓbabilis
diuulgata: ⁊ hec ꝓbat q:.⁊c̃.
Scd̄a concluſio eſt. Predicta ſancti thome do
ctrina nō eſt ſcd̄o mō ꝑ eccl'iaꝫ approbata ſic.ſ.
ꝙ oporteat credere ꝙ ipa in omni ſui pte ſit ve
ra: ⁊ hec ꝓbatur quia.⁊c̃.
Tertia concluſio. Prefata ſancti thome doctri
na nō eſt tertio mō pdicto ꝑ eccleſiā approbata
ſic.ſ. ꝙ oporteat credere ꝙ ipa in nulli ſui parte
ſit in fide erronea vel heretica: ⁊ hec cōcluſio ꝓ
bat q:.⁊c̃. Scd̄o pncipaliter ꝓbat tertia ꝯclu
ſio: q: de illa nō oportet credere doctrina ꝙ ipa
in nulla ſui pte ſit in fide erronea vl' heretica i q̄
ꝗdē ꝯtinent multe ꝯrietates et repugnātie etiā
i materia ad fidē ptinēte: ſꝫ mlte hmōi repugnā
tie ⁊ ꝯtrarietates ꝯtinent in doctrina ſci thome
igit ⁊c̃. Maior eſt nota ſed minor ꝓbat: et de

multis exēplis breuitatis cauſa pauca ponent.
Primū exemplū eſt: q: pmo ſnīaꝝ.di.xj.ar.iiij
tenet ſcūs thomas: ꝙ pater ⁊ filius poſſunt di/
ci duo ſpiratores ſicut ſpirantes. In prima ve/
ro parte ſumme ſue.q.xxxvj.ar.vlt.dic ꝙ ſunt
vnus ſpirator et non duo: ⁊ tamen hec materia
multū ad fidē pertinet: cū in ꝯcilio Lugdunen.
ſub Gregorio decimo celebrato fuerit diffinitū
ꝙ ſpūſcūs a patre ⁊ filio nō duabus ſpirationi/
bus ſed vnica ſpiratiōe ꝓcedit: ſicut patet in ca.
fideliter: extra de ſum.tri.⁊ fi.ca.li.vj.
Secundū exemplū eſt q: in.ij.ſnīaꝝ di.j.dic ꝙ
creatio inſtrumētaliter cōicare potuit creature
ſuſtinēs in hoc opinionē mgr̃i.li.iiij.di.v.in q̄
tn̄ ab alijs doctoribus cōiter nō tenet. In pma
vo parte ſumme.q.xlv.ar.v.dicit ꝙ nō: et idē
dicit in ſecundo cōtra gentiles.ca.xxj.⁊ in que/
ſtione de veritate.
Tertiū exēplū pōt poni q: in ſcd̄o ſnīarū et ſil'r
in q̄rto tenet ꝙ oīs hō pter xp̄m ꝯcipit in pctō
originali: et in pmo tenet ꝙ beata virgo nō fuit
ꝯcepta in pctō originali ſicut ſupradictū ē: ⁊ ta/
mē ps aduerſa cōtra quā agimus aſſerit ſcd̄um
expreſſe eſſe immo expreſſiſſime cōtra fidē: et iō
habet cōcedere ꝙ doctrina ſancti thome in hac
parte eſt in fide erronea.
Quartū exēplū q: in tertio ſentētiarū diſ.vj.q.
ij.ar.ij.dicit ꝙ pma opinio ibi poſita a mgr̃o nō
eſt heretica licet ſit falſa.ſ. filiꝰ dei aſſumpſit ho
minē ex hūana carne ⁊ aīa rōnali ꝯſtitutū: ⁊ ille
hō cepit eſſe deus: ⁊ deꝰ cepit eſſe homo ille. In
tertia vo parte ſumme.q.ij.art.iiij.in fi. dicit ꝙ
eſt heretica ⁊ damnata in cōcilio.
Quintū exēplū eſt q: in q̄rto ſnīaꝝ di.xxxviij.
ar.iiij.in ſolutōe tertij argumēti dic ꝙ papa pōt
diſpenſare in voto ꝯtinentie: ⁊ in.ij.ij.q.lxxxvi
ij.ar.xj.dicit ꝙ nō. allegās decretalē Cū ad mo
naſteriū: extra de ſta.mo.vbi in fine illius d̄cre
talis dicit ꝙ abdicatio ꝓprietatis ſic ⁊ cuſtodia
caſtitatis adeo eſt annexa regule monachali vt
cōtra eā nec ſummus pontifex poſſit indulgere
Sed hec ſcd̄a opinio videt eſſe erronea in fide
cū ſit cōtra obſeruātiā eccl'ie q̄ in tali voto nūqꝫ
diſpenſauit: ſicut oñdit dñs Durandus in.iiij.
Sextū exemplū generale qd̄ ſumit ex quodaꝫ
tractatu ſancti Thome de ꝯcordia quorundaꝫ
dictoꝝ ſuoꝝ inter ſe diſcordātiū: q̄ incipit. Per
tranſibūt plurimi ⁊ multiplex erit ſcientia. vbi
multa diuerſa aut aduerſa: que in doctrina ſua
continentur corrigit ⁊ exponit. Et quia veriſi/
mile eſt ꝙ tunc nō omnia hmōi ſibi occurrerūt
iō in fine ꝓlogi ſui ſupplicat libroꝝ ſuoꝝ lecto/
ribus ita dicēs. Si quis aliq̄d inuenerit nō con
cordanter ſi non ſit manifeſta cā dicēdi ex q̄ ſm
Hylariū accipiēda ē intelligētia dictoꝝ: diſcre/
tiorē ⁊ magis exercitatū ꝯſulat. Si vo non fuet

rit inuectũ quõ vtrũq̃ ſtare poſſit id illoꝝ eligat qd̃ magis ꝯſonũ veritati iudicauerit: alteꝝ duo noſipi reuocarem⁹ ſi talis diſcordia nob̃ occurreret. Ex quo dicto correlarie ſequit̃ ꝙ ſi in doctrina ſancti thome aliq̃ aſſertio repiret̃ q̃ eſſet heretica aut in fide erronea non ꝓpter h̃ ſeq̄ret̃ ꝙ aſſerẽs fuiſſet heretic⁹: q꞉ .ſ. eã ꝑtinacit̃ nõ aſſeruiſſet cũ ad reuocationẽ humiliter ſe offerat. Si em̃ btũs Cyprianus ⁊ btũs Hiero. licʒ erroneas opiniones vel hereticas ſcripſerint q̃s reuocaſſe nõ legunt̃ vt iſra dicet̃: q꞉ tñ eas ꝑtinaciter nõ defenderũt nõ ſunt heretici iudicãdi ⁊c̃ et ꝓpter h̃ ſoluʒ ꝙ hereſim tenuerit verbo vel ſcripto nõ eẽt poſt mortẽ de hereſi accuſandus niſi ꝓbari poſſet ꝙ talẽ hereſim ꝑtinacit̃ tenuiſſet. Et hoc patet ex dictis ſcti thome in. ij. ij. q. de hereſi: arti. ij. in ſolutiõe ad tertiũ argumẽtũ vbi allegat Aug. xxiiij. q. iij. dicẽtẽ. Si q̃ ſniam ſuã q̃uis falſam atq̃ ꝑuerſaʒ nulla ꝑtinaci animoſitate defẽdũt q̄rũt aũt tacita ſollicitudĩe veritatẽ corrigi pati cũ inuenerint: neq̃q̃ ſunt iter hereticos cõputandi. Vñ ꝯcludit ꝙ ſi aliq̃ doctores diſſenſiſſe vident̃ in vel ꝯtra ea q̃ꝝ nihil intereſt ad fidẽ vel etiã in q̃buſdã ad fidẽ ꝑtinẽtib⁹ q̃ nõdũ erãt ꝑ eccliam determinata nõ ẽ vitiũ hereſis: poſtq̃ aũt eẽnt determinata autoritate eccl'ie vniuerſalis: ſi q̃s tali determinationi ꝑtinaciter reſiſteret vel repũgnaret. hereticus eẽ ſentiret̃. Et hec dic̃ ſctũs thomas ꝓpt̃ diſſenſionẽ q̃ fuit int̃ Hier̃. ⁊ Aug. circa ceſſatõeʒ legaliũ Ex q̃b⁹ oibus ſatis patet ꝙ idẽ ſcũs thomas q̃ Aug. in regl'a ⁊ in doctrĩa ſeq̄t̃ ſicut mg̃rm diſcipulus: dicere potuit ⁊ debuit cũ eodẽ aug. errare potero ſ꞉ heretic⁹ nõ ero: q꞉ nõ oportet credẽ ꝙ doctrĩa ſua in nulla ſui ꝑte fuerit heretica vel in fide erronea licet ipſe nõ fuerit hereticus.

Tertio ꝓbat̃ eadẽ ꝯcluſio ꝙ ſi oporteat dicere ꝙ hmõi doctrina in nulla ſui ꝑte ſit in fide erronea vel heretica hoc maxime eſſet q꞉ ipã eſt ꝑ eccleſiam approbata ſed aliq̃ eſt doctrina multomagis approbata q̃ doctrina ſcti thome: que tñ in aliq̃ ſui ꝑte eſt heretica vel erronea in fide igit̃ hoc etiã ſine vlla temeritate dici poterit de doctrina ſcti thome nõ obſtãte ei⁹ approbatiõe cõſequẽtia eſt clara ⁊ maior nota: q꞉ illi fundamẽto innitit̃ ꝑs aduerſa. Sed minor ꝓbat̃ per multa exẽpla. Et vt a maioribus ad minora ꝓcedat̃. Primũ exẽplũ ponit̃ de doctrina bti Petri apl'i quã nulli dubiũ eſt eẽ magis approbatã q̃ doctrinã bti Pauli, ꝓ oib⁹ ad fidẽ ꝑtinẽtibus q̃ verbo aut facto docuit: cõſtat ꝙ hmõi doctrina in aliqua ſui ꝑte fuit in fide erronea ſcʒ in illa ꝑte in q̃ paulus apl's eũ rephẽdit de q̃ rephẽſiõe dicit̃ ad Gal'. ij. ca. Cũ autẽ veniſſet cephas antiochiã in faciẽ ei reſtiti q꞉ rephẽſibilis erat. Et cãm rephẽſiõis ipius ⁊ alioꝝ ꝑ ei⁹ doctrinã errantiũ ſubdit: q꞉ certe nõ recte ambulabat ad veritatẽ euãgelij. Et ſic patet ꝙ errabat ꝯtra ꝟitatẽ euãgelij: q꞉ eius doctrina erat i hoc in fide erronea. Vñ etiaʒ patet ꝙ in errore fidei minor rephẽdere põt q̃tũlibet maiorẽ: cũ paulus ſic rephẽderit petrũ ꝑncipẽ aploꝝ: ⁊ iõ non debet mirũ nec temerariũ iudicari ſi miores doctores rephẽderẽt ſcm̃ thomã vbi oñderent eũ erraſſe in materia fidei.

Secundũ exemplũ eſt de doctrina ſci Cipriani q̃ int̃ doctores approbatos ꝑm⁹ noiat̃ in decreto Gelaſij pape. xv. di. ca. ſcã romana. ⁊ tñ ei⁹ doctrina in aliq̃bus fuit erronea. Vñ de baptiſmo ꝑuuloꝝ eũdẽ rephẽdit Aug. de ꝯſe. di. iiij. c. quõ. ⁊ merito erat rephẽdẽd⁹ lʒ eẽt ſcũs martyr ⁊ inſignis ſicut ponit̃. xxxij. di. c. porro. Rephẽſibilis aũt erat q꞉ .ſ. baptiſma hereticoꝝ lauacrũ diaboli appellabat. vñ Aug. li. ij. ꝯ quẽdã donatiſtã de ſcpturis cipriani dic̃ ſic. Qd̃ in eis diuiaꝝ ſcpturaꝝ autoritati ꝯgruit cũ laude ei⁹ accipio: qd̃ aũt nõ ꝯgruit cũ pace ei⁹ reſpuo: ⁊ infra. Viri hui⁹ laudẽ aſſeq̃ nõ valeo: ei⁹ mltis lr̃is mea ſcpta nõ cõparo: ei⁹ ingeniũ diligo: ei⁹ laude delector: ei⁹ charitatẽ miror: ei⁹ martyriũ veneror. Hoc ꝙ aliter ſapuit ñ accipio: q꞉ eccleſia nõ accipit ꝓ qua ſanguinẽ fudit.

Tertiũ exemplũ eſt de doctrina bti Hiero. q̃ in ꝑdicto decreto Gelaſij iter approbatos doctores numerat̃: cui⁹ eloquiũ vt Aug. de eo ait cõtra Julianũ: ab oriẽte in occidẽtẽ inſtar ſolis refulget ac etiã in tm̃ defert ecc'lia vt ſacre ſcripture teſtimoniũ ꝑ ceteris interpretib⁹ ex ei⁹ trãſlatiõe ſuſcipiat. ⁊ tñ ꝯſtat ꝙ ei⁹ doctrina i aliq̃ ſui ꝑte ꝯcedit̃ fuiſſe erronea etiã in his q̃ ad fidẽ et doctrinã aplicã ꝑtinere noſcũt̃. Nã ſic hẽtur in decretis. xxvj. di. circa doctrinaʒ bti pauli apl'i dicẽtis optet epm̃ eẽ vni⁹ vxoris virũ ⁊ nõ pluriũ. Hiero. et Au. ꝯrias ſnias ꝓtulerũt. Hinc ẽ ꝙ gloſa in ꝑdicta di. c. j. dicit ꝙ male ſentit hic Hiero. Aug. eũ corrigit in ꝓximo. Iſti etiã ſcti ſicut patet in eoꝝ ep'lis vt recitat gloſa ad Gal'. ij. c. de rephẽſiõe q꞉ paul⁹ dicit Petrũ aplm̃ eẽ rephẽſibilẽ. ꝯtrariũ ſentiebãt vt ſupra tactũ ẽ ⁊ iõ alter eoꝝ circa ꝟitatẽ euãgelij erroneã opinionẽ tenebat. De Aug. etiã ⁊ alijs plurib⁹ approbatis doctoribus ſimile poſſet oñdi.

Quartũ exẽplũ de doctrĩa ſeu cõpilatiõe mg̃ri ſniaꝝ q̃ in ſtudijs generalibus ⁊ q̄nq̃ ex mãdato aplico publice tanq̃ approbata ⁊ autẽtica legit̃ ⁊ tñ i ea aliq̃ ꝯtinent̃ i fide erronea: ſic ẽ illa opinio quã tenet in. iij. di. xxij. ꝙ xp̃s i triduo ſue mortis fuit hõ: ⁊ q̃dã alie in q̃bus cõiter reꝓbat̃. Hoc tñ nõ obſtãte videt̃ ꝙ eius doctrĩa ſit magis autentica q̃ doctrina ſcti Thome

Quintũ exẽplũ eſt de doctrina ſeu cõpilatione decreti Gratiani q̃ a doctorib⁹ ꝺcretoꝝ tãq̃ ap

ꝓbata ⁊ autẽtica legit̃: ⁊ a q̃ ⁊ nõ a lectura de/
cretaliũ doctores decretoꝝ ⁊ non doctores de
cretaliũ nõiant̃: ⁊ tñ illa doctrĩa in aliq̃ ſui pte ẽ
erronea ĩ fide: ſic patet. xxxiij. q. iiij. c. ꝫ obijcit̃
vbi narrat Gratian⁹ ꝙ tpe regis achab fuerũt
miſſi duo quinq̃genarij ad Heliã qui dixerũt ei
Hõ dei rex iſrł vocat te ꝙ ẽ hereſis explicita: qꝛ
ꝯria vitas eſt explicite approbata: qꝛ h̊ accidit
tpe Ochozie mortuo rege achab: ſic expſſe ĩ ſa
cra ſcriptura reperit̃. iiij. Re. c. j. Vñ ſi Gratia
nus ptinacit̃ ei adheſiſſet fuiſſet manifeſt⁹ here/
tic⁹ ꝫ nõ fuit heretic⁹ qꝛ nõ ptinacit̃ ꝫ inaduertẽ
ter illđ dixit. Unde ſup illo paſſu dicit gloſa: ꝙ
ipẽ ꝯfundit hiſtoriã nõ eñ achab miſit illos q̃n
q̃genarios: ꝫ rex ochozias: nec etiã illud ꝯtigit
tpe achab ſed ſub ochozia. In plurib⁹ etiã alijs
locis reprobat Grãnũ ſic patꝫ. xj. q. iij. ca. ad
menſurã. ⁊. xij. q. j. ca. j. ⁊ alijs q̃ꝫ plurib⁹ locis
Et dicũt aliq̃ ꝓpter h̊ ꝙ multis licꝫ negare glo
ſas decretoꝝ ⁊ decretaliuꝫ cũ gloſa apte negat
textũ. Et ꝯſimiliter dicũt aliq̃ de gloſis ordina
rijs biblie q̃ tñ vident̃ eẽ maioris autoritatis q̃ꝫ
doctrina ſcti Thome cũ allegant̃ autoritatiue.
Sextũ exemplũ põt poni de quibuſdã doctori
bus q̃ nõ ſunt ſcti canonizati: ſicut venerabilis
Anſhelm⁹ Cantuariẽn. eps. Hugo. de ſan. vi/
ctore ⁊ quidã alij quoꝝ dicta vel ſcripta in aliq̃
bus repiunt̃ erronea: ⁊ tñ eoꝝ doctrĩa nõ min⁹
videt̃ eẽ autẽtica q̃ꝫ doctrina ſci Thome: cũ ipi
cõiter in actib⁹ ſcolaſticis ſciẽtificis allegant̃ au
toritatiue: nec ſolent negari: ꝫ eoꝝ dicta reuerẽ
ter gloſari ⁊ exponi: qđ tñ ſcolaſtici nondũ con
ſueuerũt facere de dictis ſci Tho. ⁊ iđ pſũptuo
ſũ videt̃ ei⁹ doctrinã ſup ipos ⁊ alios doctores
ſic extollere ꝙ nõ liceat credere aut aſſerere ipꝫ
ĩ fide erraſſe: ſic̃ ⁊ alij errauerũt. Nec obſtat ei⁹
canonizatio quã aliq̃ ꝓ magno colore ptẽdunt
Ex q̃bus oĩb⁹ videt̃ ꝙ dicere ſctm̃ Thomã in
aliq̃ pte doctrĩe ſue erraſſe ĩ fide: nec obuiat ſeu
derogat canonizatiõi ſue nec approbationi do
ctrine ſue theologice ſic̃ h̊ idẽ dicere de alijs ſan
ctis ⁊ pcipuis doctorib⁹ nõ derogat canonizati
oni nec approbatiõi eoꝝ. Nã eccłia ſic̃ canoni/
ſando alquẽ ſctm̃ nõ p h̊ approbat oĩa ei⁹ facta
ita approbãdo ei⁹ doctriaꝫ ñ p h̊ approbat oĩa
ei⁹ dicta vel ſcp̃ta: ſꝫ ſolũ illa q̃ p autorẽ ipm̃ nõ
ſunt retractata nec p aliũ ſũt correcta aut meri/
to tanq̃ꝫ veritati cõtraria corrigẽda iuxta ſupius
allegatã aplĩ ſniam. Oĩa ꝓbate qđ bonũ ẽ tene
te. Sic igit̃ p eccłiam approbat̃ aliq̃ doctrina:
nõ tamẽ quo ad oĩa ſed quo ad illa que ſunt ve
ritati cõſona ſicut patet de doctrina Origenis
de qua dicit Gelaſius papa. xv. di. ca. ſãcta ro/
mana: ꝙ Origenis nõnulla opuſcula q̃ vir be/
tiſſimus Hieronymus non repudiat legẽda ſu/
ſcipimus: reliqua autẽ cũ autore ſuo dicimus

eſſe rẽnuẽda. Ex omnibus igit̃ predictis cla
re patet tertia cõcluſio pncipalis. ⁊c̃.
Quarta ꝯcluſio e. Doctrĩa ſci Tho. li. ij. ſũme
contra gentiles. ca. xix. de rerũ creatarũ neceſſi
tate abſoluta eſt de virtute ſermõis falſa ⁊ mul
tum impropria. Et hec concluſio patet: qꝛ illud
capitulũ intitulat̃ q̃liter in rebus creatis eſſe po
teſt neceſſitas abſoluta: ⁊ eſt pncipalis ꝯcluſio
capłi ꝙ ſunt q̃daꝫ in rebus creatis q̃ ſimpliciter
⁊ abſolute neceſſe eſt eſſe: ⁊ aliq̃ q̃ ſunt cõtingen
tia eſſe. Sed ꝙ iſta locutio ſit de virtute ꝫm õis
falſa ⁊ multũ impropria: hoc ꝓbat̃. ⁊c̃.
Quinta cõcluſio. Predicta ſancti Tho. doctri
na ꝫm q̃ſdã eſt in fide erronea ſeu in aliq̃ ſui par
te de hmõi errore ſuſpecta. Et in hac ꝯcluſione
nõ aſſertiue ſed ſolũ recitatiue loq̃mur. Dicunt
eñ aliq̃ ꝙ iſta doctrina multos errores cõtinet
Prim⁹ eſt qꝛ ponit aliq̃d a deo eſſe neceſſe eſſe
qđ videt̃ ꝯtra ſacrã ſcripturã ⁊ intẽtionẽ ſctoꝝ
qꝛ neceſſe eſſe eſt ꝓpriũ nomẽ dei: et videt̃ eẽ in
tẽtio ſacre ſcripture Exo. iij. c. vbi Moyſi iter
rogãti dño. ſi dixerit mihi qđ nomen eſt ei⁹: q̃d
dicã eis: dixit dñs ad moyſen. ego ſum qui ſum
ſic dices filijs iſrł: qui eſt miſit me ad vos. Sup
quo verbo dicit gloſa. ⁊c̃.
Scđs error vt iſti dicunt eſt in pncipali funda/
mento pdicte poſitiõis quod eſt iſtud. Sunt in
quit quedã in reb⁹ creatis que ſimpliciter ⁊ ab
ſolute neceſſe eſt eſſe. Illas eñ res ſimpłr ⁊ ab/
ſolute neceſſe eſt eſſe in q̃bus nõ eſt poteſtas ad
non eſſe. Quedã aũt res ſic ſunt a deo in eſſe ꝓ/
ducte vt in eis naturaliter ſit potẽtia ad nõ eſſe
Quod quidẽ cõtingit ex hoc ꝙ materia in eis ẽ
in potentia ad aliã formã. Iſte igit̃ res in q̃bus
vel nõ eſt materia: vel ſi eſt nõ eſt potẽtialis ad
aliã formã nõ hñt potẽtiã ad nõ eẽ: eas igit̃ ſim
pliciter ⁊ abſolute neceſſe ẽ eẽ. Hoc aũt iteꝝ cir
ca mediũ capituli magis explicat dicẽs ꝙ quia
materia ꝫm qđ eſt in ei⁹ potẽtia eſt ex ordie ma
terie neceſſario res alique corruptibiles exiſtũt
ſicut aĩal qđ ex ꝯtrarijs cõpoſitũ eſt: qꝛ eius ma
teria ꝯtrarioꝝ eſt ſuſceptiua: forma aũt ſecũdũ
id qđ eſt actus eſt ⁊ per eã res exiſtũt actu. Vñ
ea ipa ꝓuenit neceſſitas ad eſſe in quibuſdã: qđ
contingit quia res ille ſunt forme nõ in materia:
et ſic non eſt in eis potẽtia ad nõ eſſe ſicut eſt de
ſubſtantijs ſepatis: vel qꝛ forme rerũ ſua perfe
ctione adequãt totã potentiã materie vt ſic non
remaneat potentia ad illam formã nec per cõſe/
quẽs ad nõ eſſe ſicut eſt in corporib⁹ celeſtibus
Hoc eſt igit̃ pncipale fundamentũ poſitionis
ſancti Thome quod videtur multipliciter erro
neum primo quia. ⁊c̃.
Tertius pncipalis error pdicte poſitionis eſſe
videt̃ qꝛ dicit ꝙ p h̊ ꝙ dr̃ deũ ꝓduxiſſe res p vo
lũtatẽ nõ p nccẽitatẽ: nõ tollit̃ quin voluerit ali/

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q̄s res eē q̄ de neceſſitate ſint ⁊ aliq̄s q̄ ſint ꝯtingēter: ad hoc ꝙ ſit in rebus diuerſitas ordinata Nihil igiť ꝓhibet res q̄ſdā diuina volūtate ꝓductas nec̄rias eē Et ꝯñter hec declarādo ſbdit eē neceſſe ſimplr̄ nō repugnat ad rōnem eē creati. Nihil em̄ hēt aliq̄d neceſſe eē: qḋ tñ ſue neceſſitatis cām hēt ſicut ꝯcluſiones demōſtrationū. Nihil igiť ꝓhibet q̄ſdā res ſic eē ꝓductas a deo vt tñ eas eē ſit neceſſe ſimplr̄. Et iteꝝ poſtea ibidē aliā rōnem ꝯcludit: ſic igiť aliq̄ creatura de neceſſitate hēt eē. Ex q̄bus clare patet ꝙ non ſolū ꝯcepit q̄ſdā res diuina volūtate ꝓductas neceſſarias eē vel eas neceſſe eē: ſꝫ etiā cōcludit ꝙ q̄dā de neceſſitate ſunt: ⁊ ꝙ eas eē eſt neceſſe ſimplr̄ ⁊ de neceſſitate hñt eſſe. mō h̄ repugnat libertati diuine volūtatis. qḋ arguiť ſic: q꞉ iſta ꝯñā eſt bona: deꝰ vult creaturā eſſe: ergo creatura eſt: ⁊ ecōtra. ⁊ ꝑ ꝯñs ſi ancedēs libere ⁊ volūtarie verificať de aliq̄ creatura ꝯñs ꝯſeq̄nter verificať de eadē: q꞉ ſi deus libere ⁊ ꝯtingēter vult q̄libet creaturā eē: ſequiť ꝙ q̄libet creatura eſt ꝯtingēter ⁊ nulla ē de neceſſitate. vñ etiā ex oppoſito ſumiť oppoſitū: q꞉ ⁊c̄.

Quartus error huiꝰ doctrine eē diciť in q̄dā ratione q̄ ibidē ſequiť q̄ dicit: ꝙ q̄to aliq̄d magis diſtat ab eo qḋ ꝑ ſeipm̄ eſt ens. ſ. a deo: tāto magis ꝓpinquū eſt ad nō eē. Quāto igiť aliq̄d eſt ꝓpinquꝰ deo tāto magis recedit a nō eē: q̄ autē iā ſunt ꝓpinq̄ ſunt ad nō eē: ꝑ hoc ꝙ hñt potentiā ad nō eſſe. Illa igiť q̄ ſunt deo ꝓpinquiſſima ⁊ ꝑ hoc a nō eſſe remotiſſima talia eē oportet ad hoc ꝙ ſit ordo rerū cōpletus vt in eis nō ſit potentia ad nō eſſe: talia aūt ſunt neceſſaria abſolute: ſic igiť aliq̄ creatura de neceſſitate habet eē. Hec autē ratio deficit in multis. Primo in hoc ꝙ ſupponit ꝙ entia deo propinquiſſima ſicut angeli tanto magis recedūt a nō eſſe. hoc em̄ ꝓprie loquendo nō eſt verū: q꞉ ꝓprie nihil diſtat vel recedit a non eſſe. ⁊c̄.

Quintꝰ error ꝑdicte poſitiōis ē in ipiꝰ declaratione in q̄ dicit. Sciēdū eſt itaq꞉ ꝙ ſi rerū creatarū vniuerſitas ꝯſidereť ꝓut ſť a p̄mo p̄ncipio inueniunť depēdere ex volūtate nō ex nec̄ᷓtate p̄ncipij niſi nec̄citate ſuppoſitiōis: vt dictū ē. Si v̄o cōpenť ad p̄ncipia p̄ma inueniūť nec̄citatem hr̄e abſolutā. Nihil eni ꝓhibet aliq̄ p̄ncipia nō ex nec̄citate ꝓduci q̄bus tñ poſitis de nec̄citate ſequiť talꝭ effectꝰ ſic mors aialꝭ hmōi nec̄citatē abſolutā hꝫ ꝓpť h̄ ꝙ ex ꝯrijs iā ē cōpoſitū q̄uis ipꝫ ex ꝯrijs cōponi nō fuiſſꝫ nec̄ariū abſolute. Silr̄ aūt ꝙ tales reꝝ nature a deo ꝓducerenť volūtariū fuit: ꝙ aūt eis ſic ſtatutis aliq̄d ꝓueniat vľ exiſtat abſolutā nec̄citatē hꝫ. Ex q̄ ptꝫ ꝙ h̄ poſitio ē locutio ip̄ropa ⁊ petit p̄ncipiū: q꞉ h̄ aſſumit qḋ dꝫ ꝓbare nā ꝑ exēplū poſitū ptꝫ ꝙ vocat neceſſitatē abſolutā illā q̄ nō ē ex ꝯditōe vel ſuppoſitiōe ſic mors huiꝰ aiaľ: nō ex ſuppoſitōe vľ ꝯditiōe. ſ. ꝙ aial ñ ſit ex ꝯrijs cōpoſitū nō hēt neceſſitatē ⁊ iō nō hēt nec̄citatē niſi conditionalē ⁊c̄.

Sextꝰ error doctrine ꝑdicte aſſignari pōt in q̄dā dicto qḋ ſeq̄ť ibidē vbi ait. Manifeſtū ē ꝙ oīa q̄ ꝯriū hñt vľ ex ꝯrijs ſunt corruptibilia ſūt q̄ aūt hmōi nō ſūt ſempiťna ſūt niſi ꝑs corrūpatur ſic forme q̄ nō ſubſiſtūt ꝑ eē eaꝝ eſt ꝑ h̄ ꝙ in ſūt maťie. Ex h̄ ei ſequiť ꝙ gr̄a in aīa vel in angelo cū nō habeat ꝯriū nec ex ꝯrijs exiſtat: nec ſit forma q̄ inſit materie: ē ſempiťna: ⁊ idē videreť ſeq̄ de luce vel lūine ſi eēt ſine materia ſicut accidētia ſacri altaris ſūt ſine ſbiecto. Hoc etiā fauet articulo piſiꝰ ꝯdēnato allegato ſupiꝰ in q̄ dr̄ oē qḋ nō hꝫ materiā ē eťnū: ⁊ breuiť h̄ et alia mľta erronea falſa ⁊ ip̄rop̄e dicta videť mľtis in ꝑdicta doctrīa ꝯtineri q̄ tñ ex tedio ptrāſimus.

Dicūt etiā ꝙ in terminis phīe ⁊ nālibus p̄ncipijs in eodē li. ca. xxv. errauit manifeſte: vbi d̄clarādo q̄liter deꝰ oṗs dicať q̄dā nō poſſe. inť alia dixit ꝙ deꝰ nō pōt facere vnū ⁊ idē eē et nō eē: qḋ ē ꝯdictoria ſiť: ⁊ poſtea ſbdit ꝙ ꝯdicṫo in ꝯrijs ⁊ ꝑuatiue oppoſitis icludiť: ſequiť em̄ ꝙ ſi ē albū ⁊ nigrū ꝙ ſit albū ⁊ ñ albū: ⁊ ſi ē vidēs et cecū ꝙ ſit vidēs ⁊ nō vidēs: vñ eiuſdē rōnis ꝙ deꝰ nō poſſet facē oppoſita ſiť ineſſe eidē ſm idē. Ex q̄ patet ꝙ ponit ꝙ deꝰ nō magis pōt facere duo ꝯria ſiť ineē eidē ſm idē q̄ꝫ duo ꝯdictoria. Hoc aūt ē erroneū: q꞉ de ſcō corpi xp̄i ſm ſe totū in ſacro altaris in diuerſis altaribꝰ ſūt motus ꝯrij ſurſū. ſ. ⁊ deorſū: ⁊ pari rōe poſſꝫ facere deus idē corpus ſm ſe totū eſſe album ⁊ nigrū.

Dicūt etiā ꝙ in pluribꝰ locis doctrine ſue ipſe errauit ꝑ h̄ ꝙ p̄ncipia phīe ſeu potiꝰ q̄dā phoꝝ v̄ba ad ꝯcluſiōes theologie nimis applicauit. Nō eni loq̄ taliť dn̄t theologi q̄liť loquūť phi: ſic docet Aug. x. li. de ci. dei. c. xxiij. di. Liberis v̄bis loquunť phi: nec in rebus ad intelligēdū difficilimis offēſionē r̄ligioſaꝝ auriū ptimeſcūt Nobis aūt ad certā regulā loqui phas ē: ne verborū licētia etiā de rebꝰ q̄ his ſignificanť impiā gignat opinionē ⁊c̄.

Concluſio.

Huic ḡ tractatui: vtinā aduerſo errori: finē ſtatuimꝰ. Illi laus honor atq꞉ grārūactio q̄ nobis cām ſuā tractātibꝰ ñ defuit: quo docēte aſſertā h̄ v̄itatē ſētimꝰ: q̄ inſtruēte ꝓbamꝰ: quo p̄cipiēte defēdimꝰ ⁊ ꝑ quē poſtremo fraťna charitate pmoti ad oēs deuēire ⁊ nobiſcū ſētire vehemēť affectamꝰ. Q꞉ ſi v̄itati huic iudicio nr̄o clariſſīe nec ſic credit aut alio fauore vt ipi conāť alio ve fine q̄ꝫ eius poſtulet dignitas criminemur teſtamur te xp̄e teſtamur ⁊ illā cui teſtioniū phibes eē totā pulchrā ⁊ in ea maculā nō eſſe: oēs ad extremū tui atq꞉ ipiꝰ amatores in teſtimoniū euocamus: nr̄m nūc debitū ſufficiēter ⁊ vt putamꝰ ſupabundāter expleuiſſe. Deo grās.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

1524

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Roffenſis
Contra Lu
therũ, et
Eraſmum
c M

51
133

9609

Ministerio de Educación, Cultura y D